ſermo ope compleat̃. Venit igit̃ moyſes ꝛ
narrauit ppl̃o verba dñi. ↄgregãs ſeptua-
ginta viros d̃ ſenibꝫ iſrl̃: q̃s ſtare fecit cir
ca tabnaculũ. Deſcẽditq; dñs p nubẽ ꝛ lo
cutꝰ eſt ad eũ: auferẽs d̃ ſpiritu q̃ erat in
moyſe: ꝛ dans ſeptuaginta viris. Cumq;
req̃euiſſet in eis ſpũs ꝓphetauerũt: nec vl
tra ceſſauerũt. Remãſerãt aũt in caſtris
duo viri. quoꝝ vnus vocabat̃ heldad. ꝛ al
ter medad. ſup quos req̃euit ſpiritꝰ: nam
ꝛ ipi deſcripti fuerãt: ꝛ nõ exierãt ad tab
nacl̃m. Cũq; ꝓphetarẽt in caſtris: cucurrit
puer et nũciauit moyſi dicens. Heldad ꝛ
medad ꝓphetãt i caſtris. Statim ioſue fi
lius nun miniſter moyſi. ꝛ electus e pluribꝫ
ait. Dñe mi moyſes ꝓhibe eos. At ille: q̃d
inq̃t emularis ꝓ me? Quis tribuat vt om
nis populus ꝓphetet: ꝛ det eis dñs ſpiritũ
ſuũ? Reuerſuſq; eſt moyſes ꝛ maiores na-
tu iſrl̃ i caſtra. Ventꝰ aũt egrediẽs a dño
arreptas trãſmare coturnices detulit ꝛ di
miſit in caſtra. itinere q̃ntũ vno die cõfici
poteſt ex omni pte caſtroꝝ p circuitũ: vola
bantq; in aere duobus cubitis altidudine
ſup terrã. Surgẽs ḡ ppl̃us toto die illo ꝛ
nocte ac die altero. congregauerũt cotur
nicũ. qui parũ decẽ choros: ꝛ ſiccauerũt. e
as p girũ caſtroꝝ. Adhuc carnes erãt indẽ
tibꝫ eoꝝ. nec defecerat huiuſcemodi cibꝫ:
ꝛ ecce furoꝛ dñi cõcitatꝰ i populũ. pcuſſit
eũ plaga magna nimis. Vocatuſq; eſt ille
locus ſepulcra cõcupiſcentie: ibi eñ ſepelli-
erũt populum q̃ deſiderauerat. Egreſſi aũt
de ſepulcris concupiſcentie venerunt in aſe
roth: ꝛ manſerunt ibi. ·CA· XII·

Locutaq; ẽ maria ꝛ aarõ ↄt̃ mo
yſẽ ꝓpt̃ vxorẽ eiꝰ ethiopiſſã: ꝛ
dixerũt. Nũ p ſolũ moyſẽ locu
tꝰ ẽ dñs? Nõne ꝛ nobis ſimilit̃ ẽ
locũtꝰ? Qd̃ cũ audiſſet dñs. iratꝰ eſt. Erat
eñ moyſes vir mitiſſimus ſup oẽs hoĩes
moꝛabãt̃ i t̃ra. Statim locutꝰ ẽ ad eũ ꝛ ad
aarõ. et mariã. Egredimĩ vos tñ tres ad
tabnacl̃z federis. Cũq; fuiſſẽt egreſſi d̃ſcẽ
dit dñs i colũna nub̃: ꝛ ſtetit in itroitu tab
naculi vocãs aaron ꝛ mariã. Qui cũ iſſent
dixit ad eos. Audite ſmões meos. Si quis
fuerit int̃ vos ꝓpheta dñi i viſiõe apparebo
ei: vl̃ p ſomniũ loquar ad illũ. At nõ talis
ſuꝰ meꝰ moyſes: q̃ i oñi domo mea fideliſ-
ſimꝰ ẽ. Oꝛe eñ ad os loquoꝛ ei. Palã. ꝛ nõ
p enigmata ꝛ figuras dñm videt. Quare ḡ
ñ timuiſtis detrhẽ ſuo meo moyſi? Iratuſq;
ↄtra eos abijt. Nubes q̃q; receſſit q̃ erat ſup
tabnacl̃z. Et ecce maria apparuit candẽs
lepra q̃ſi nix. Cũq; reſpexiſſet eã aaron ꝛ
vidiſſ; pfuſã lepra: ait ad moyſẽ. Obſecro
dñe mi. ne imponas nob̃ h̃ pc̃tm q̃d ſtulte ↄ
miſimꝰ: ne fiat h̃ q̃ſi moꝛtua: ꝛ vt aboꝛtiuũ
q̃d ꝓicit̃ de vulua matris ſue. Ecce iam me
diũ carnis eiꝰ deuoratũ ẽ a lepra. Clama-
uitq; moyſes ad dñm dicẽs. Deꝰ obſecro.
ſana eã. Cui rñdit dñs. Si pat̃ eiꝰ ſpuiſſet
i faciẽ illiꝰ. nõne debuerat ſaltim ſeptẽ die
bꝫ ruboꝛe ſuffũdi? Expare ̃t ſeptẽ diebꝫ ext̃
caſtra: ꝛ poſtea reuocabit̃. Excluſa ẽ itaq;
maria ext̃ caſtra ſeptẽ diebꝫ: ꝛ ppl̃s nõ eſt
motꝰ d̃ loco illo donec reuocata eſt maria.

·CAPITVLVM ·XIII·

Profectuſq; ẽ ppl̃us d̃ aſeroth:
fixis tẽtoꝛijs i d̃ſto pharã. Ibi
q; locutꝰ ẽ dñs ad moyſẽ dicẽs
Mitte viros q̃ ↄſiderẽt t̃raz ca
naan q̃ꝫ daturꝰ ſũ filijs iſrl̃: ſingulos d̃ ſin-
gul̃ tribubꝫ ex p̃ncipibꝫ. Fecit moyſes q̃d
dñs imperarat: de deſerto pharan mittens
principes viros: quoꝝ iſta ſunt nomina. de
tribu ruben. ſemmua filiũ zechur: de tribu
ſymeõ. ſaphat filiũ vri: de t̃bu iuda caleph
filiũ iephone: de tribu iſachar igal filiũ io-
ſeph: de tribu ephraĩ oſee filiũ nũ: de tribu
beniamin phalti filiũ raphu. De tribu za-
bulon. geddihel filiuz ſodi: de tribu ioſeph
ſcepetri manaſſe gaddi filiuz ſuſi. De tribu
dan amihel filiũ gemalli: d̃ tribu aſer ſech
oꝛ filiũ michael de tribu neptalim naabi fi
liũ bapſi: d̃ tribu gad guhel filium machi.
Hec ſũt noĩa viroꝝ. quos miſit moyſes ad
ↄſiderãdã t̃rã: vocauitq; oſee filiũ nũ ioſue.
Miſit ḡ eos moyſes ad ↄſiderãdã t̃rã cana
an: ꝛ dixit ad eos. Aſcẽdite p meridianaz
plagã. Cũq; veneritis ad mõtes. ↄſidꝛate
t̃rã q̃lis ſit: ꝛ ppl̃m q̃ habitatoꝛ eſt eiꝰ. vtꝝ
foꝛtis ſit an infirmꝰ: pauci numero an plu-
res: ipa t̃ra bona an mala: vrbes q̃les. mu-
rate an abſq; muris: humꝰ pinguis an ſte-
ril̃. nemoꝛoſa an abſq; arboribꝫ. Cõfoꝛta-
mi. ꝛ affẽte nob̃ d̃ fructibꝫ t̃re. Erat aũt tpꝰ
q̃n iã p̃coq̃ vue veſci pñt. Cũq; aſcẽdiſſent

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

explorauerūt terram a deſerto ſyn·vſqꝫ ad
roob intrantibꝫ emath·Aſcenderuntqꝫ ad
meridiē ⁊ venerunt in ebron·vbi erāt achi=
man ⁊ ſiſai ⁊ tolmai·filij enach:nam hebron
ſeptē ānis āte thanim vrbē egipti ꝯdita ē
Pergēteſqꝫ vſqꝫ ad torrentē botri abſcide
rūt palmitē cū vua ſua q̄ꝫ portauerūt i vecte
duo viri·De malꝭ q̄ꝫ granatis ⁊ de ficis lo=
ci illiꝰ tulerūt q̄ appellatꝰ ē nehelescol id ē
torrēs botri eo qđ botꝝ portaſſēt inde filij iſ
rahel Reuerſiqꝫ exploratores t̄re poſt q̄dragi
ta dies oī regione circuita venerūt ad moy
ſē ⁊ aaron ⁊ ad om̄em cetū filioꝝ iſrl̄ i deſ̄=
tū pharan qđ ē in cades Locutiqꝫ eis ⁊ om̄i
multitudini oſtenderūt fructꝰ t̄re ⁊ narra=
uerūt dicētes Venimꝰ i terrā ad quā miſiſtis
nos·q̄ reuera fluit lacte ⁊ melle·vt ex hijs
fructibꝫ cognoſci poteſt:ſꝫ cultores fōtiſſi
mos habet·⁊ vrbes grandes atqꝫ muratas
Stirpē enach vidimꝰ ibi·Amalech hītat
in meride·etheus ⁊ iebuſeus et amorreus in
montanis·Cananeus vero moraꝛ̄ iuxta ma
re·⁊ circa fluenta iordanis·Inter h̄ caleb
compeſcēs murmur p̄pli qui oriebatur cōt̄
moyſē ait·Aſcendamꝰ et poſſideamꝰ t̄ram
quoniā poterimꝰ obtinere eā·Alij vero qui
fuerāt cū eo dicebāt·Nequaq̄ ad hūc p̄pl̄m
valemꝰ aſcēdere:q꜠ fortior nob̄ ē·Detrax
erūtqꝫ t̄re quā inſpexerant apud filios iſrl̄
dicētes·Terra quā luſtrauimꝰ deuorat ha
bitatores ſuos·Populꝰ quē aſpeximꝰ p̄ce
re ſtature ē·Ibi vidimꝰ mōſtra quedā filio
rū enach de genere gigāteo:qbꝫ ꝯparati q̄ſi
locuſte videbamur· CA· XIIII·

Igitur vociferās om̄is turba fleuit
nocte illa:⁊ murmurati ſunt cōtra
moyſē et aarō cūcti filij iſrl̄ dicētes
Vtinā mortui eſſemꝰ in egipto ⁊ nō in hac
vaſta ſolitudine Vtinā pereaꝰ·⁊ nō inducat
nos dn̄s i t̄rā iſtā:ne cadamꝰ gladio·et vxo
res ac liberi nr̄i ducantur captiui·Nonne
meliꝰ eſt reuerti in egiptū?Dixerūtqꝫ alt̄
ad alterū·Conſtituamꝰ nob̄ ducē·et reuē
tamur in egiptū·Quo audito moyſes ⁊ aa
ron ceciderūt p̄ni in terrā corā om̄i multitu
dine filioꝝ iſrl̄·At vero ioſue filius nun·⁊
caleb filiꝰ iephone·q̄ et ipi luſtrauerāt ter
rā·ſciderūt veſtimēta ſua:et ad om̄em mul
titudine filioꝝ iſrl̄ locuti ſūt·Terra quā
circuiuimꝰ valde bona eſt·Si propicius fu
erit dn̄s inducet nos in eam:et tradat hu
mum lacte et melle manantē·Nolite rebel
les eſſe cōtra dn̄m·neqꝫ timeatis populum
t̄re huiꝰ:q꜠ ſicut panem ita eos poſſumꝰ de
uorare·Receſſit ab eis omne p̄ſidium:dn̄s
nobiſcū eſt·Nolite metuere·Cumqꝫ clama
ret om̄is multitudo et lapidibus eos vellet
opprimere:apparuit gloria dn̄i ſup tectum
federis·cūctis videntibꝫ filijs iſrl̄·Et dixit
dn̄s ad moyſē·Vſqueq̄ detrahet m̄i populꝰ
iſte?Quouſqꝫ nō credet michi in om̄ibꝫ ſig
nis que feci corā eis?Feriā igitur eos peſti
lentia·atqꝫ cōſumā:te aūt faciā p̄ncipem
ſup gētem magnam ⁊ fortiorē quā hec eſt
Et ait moyſes ad dn̄m·Vt audiant egiptij
de q̄rū medio eduxiſti populū iſtū·et habi=
tatores t̄re huiꝰ q̄ audierunt quod tu dn̄e
in p̄plo iſto ſis·et facie videaris ad faciē:
⁊ nubes tua p̄tegat illos·et in colūna nub̄
p̄cedas eos p̄ die·et in colūna ignis p̄ noc=
tē qđ occideris tantā multitudinē q̄ſi vnū
hoīem·⁊ dicāt·Nō poterat introducē p̄pl̄m
i t̄rā p̄ qua iurauerat:idcirco occidit eos
in ſolitudine·Magnificet̄ ergo fortitudo
dn̄i ſicut iuraſti dicēs·Dn̄s patiens ⁊ mul=
te miſericordie·auferēs iniquitatē ⁊ ſcele
ra·nullūqꝫ innoxiū derelinquēs:qui viſitas
peccata patrū in filios in terciā ⁊ q̄rtā ge=
neratione:dimitte obſecro peccatum p̄pli
tui huius ſcd̄m magnitudinē miſericordie
tue:ſicut p̄piciꝰ fuiſti egredientibꝫ de egip
to vſqꝫ ad locū iſtum·Dixitqꝫ dn̄s·Dimiſi
iuxta verbū tuū viuo ego:et implebit̄ glo=
ria dn̄i vniuſa t̄ra·Attamē om̄es homines
qui viderūt maieſtatē meā et ſigna que fe
ci in egipto et in ſolitudine·et temptauerūt
me iam p̄ decē vices nec obedierūt voci mee
nō videbūt t̄rā p̄ qua iuraui patribꝫ eorū:
nec quiſquā ex illis qui detraxit michi intue=
bitur eā·Seruū meū chaleb qui plenꝰ a io
ſpū ſecutꝰ eſt me inducā in terrā hāc quā
circuiuit·⁊ ſemē eius poſſidebit eā:qm̄ ama
lechites et chananeus habitant in vallibꝫ
Cras mouete caſtra:et reuertimini in ſoli
tudinē per viā maris rubri·Locutuſqꝫ eſt
dn̄s ad moyſē et aarō dicēs·Vſqueq̄ mul=
titudo h̄ peſſima murmurat ꝯt̄ me?Quere
las filioꝝ iſrl̄ audiui·Dic ḡ eis·Viuo ego
ait dn̄s:ſicut locuti eſtis audiēte me·ſic fa=
ciā vob̄ In ſolitudine hac iacebūt cadaue=

ra vr̃a· Om̃es q̃ numerati eſtis a viginti
annis ⁊ ſupra·et murmuraſtis ↄtra me·nõ
intrabitis terrã ſup quã leuaui manũ meã
vt habitare vos facerẽ: p̄ter chaleb filium
iephone et ioſue filium nun· Paruulos aũt
veſtros de quibꝫ dixiſtis quod prede hoſtibꝫ
forent introducã: vt videãt terrã que vob̃
diſplicuit: veſtra cadauera iacebũt in ſoli-
tudine· Filij vr̃i erũt vagi in deſto annis q̃
draginta: et portabũt fornicationẽ veſtrã
donec cõſumet̃ cadauera patrũ in deſerto:
iuxta numerũ quadraginta dieꝝ quibus
ↄſideraſti t̃rã· Ann⁹ p̄ die imputabit̃· Et
quadraginta annis recipietis iniquitates
vr̃as: et ſcietis vltionẽ meã· Q̃m ſic locut⁹
ſũ·ita faciã omni multitudini huic peſſime
q̃ cõſurrexit adũſũ me: in ſolitudine hac de
ficiet et moriet̃· Igit̃ om̃es viri quos mi-
ſerat moyſes ad cõtẽplandã t̃rã·et qui re-
uerſi murmurare fecerãt cõt̃ eũ omnẽ mul
titudinẽ Detrahẽtes t̃re quod eſſet mala:
mortui ſũt atqꝫ pcuſſi eꝫ in ↄſpectu dñi· Io-
ſue aũt filius nun et chaleb filius iephone
vixerũt ex om̃ibꝫ qui prexerant ad cõſide-
rãdã t̃ram· Locutuſqꝫ eſt moyſes vniuerſa
v̾ba h̃ ad om̃es filios iſrl̃: ⁊ luxit pp̃l̃us ni
mis Et ecce mane p̄mo ſurgẽtes·aſcẽderũt
verticẽ montis atqꝫ dixerũt Parati ſumus
aſcẽdere ad locũ de quo dñs locutus eſt: q̃
peccauim⁹· Quibꝫ moyſes· Cur inq̃t tranſ-
gredimini verbũ dñi·qd̾ vobis non cedet in
p̄ſperũ? Nolite aſcendere·non enim eſt do
min⁹ vobiſtũ: ne corruatis coram inimicis
vr̃is· Amalechites et chananeus ante vos
ſũt q̃rũ gladio corruetis: eo q̄ nolueritis
acq̃eſcere dño: nec erit dñs vobiſtũ· At illi
cõtenebrati· aſcẽderũt i verticẽ mõtis· Ar
cha aũt teſtamẽti dñi et moyſes nõ receſſe
rũt d̾ caſtris· Deſcẽditqꝫ amalechites et
chananeus qui habitãt in mõte: ⁊ pcutiẽs
eos atqꝫ cõcidens· perſecutus eſt eos vſqꝫ
horma· CAPI· XV·

Locutus eſt dñs ad moyſẽ dicens
Loquere ad filios iſrahel·et dices
ad eos· Cũ ingreſſi fueritis terraꝫ
habitationis veſtre quã ego dabo vobis·⁊
feceritis oblatõnem dño in olocauſtũ·aut
victimã pacificã vota ſoluentes·vel ſpõte
offerẽtes munera·aut in ſolẽnitatibꝫ vr̃is
adolentes odorem ſuauitatis dño: de bubꝫ
ſiue de ouibus offeret q̃cunqꝫ immolauerit
victimã: ſacrificium ſimile decimã p̄tẽ ephi
ↄſperſã oleo·quod mẽſurã habebit quartã
ptem, hin: et vinũ ad liba fũdenda eiuſdem
menſure dabit in olocauſtũ ſiue in victimã
Per agnos ſingulos et arietes erit ſacrifi
ciũ ſimile duarũ decimarũ· que cõſperſa ſit
oleo tercie partis hin: et vinũ ad libamẽtũ
t̃cie ptis eiuſdem menſure offeret in odorẽ
ſuauitatis dño· Quando vero de bubꝫ fece
ris olocauſtũ aut hoſtiã vt impleas votum
vl̃ pacificas victimas: dab̃ p̄ ſingulos bo-
ues ſimile tres decimas conſperſe oleo·qd̾
habeat mediũ mẽſure hin: et vinum ad liba
fũdenda eiuſdem mẽſure in oblaitonem ſua
uiſſimi odoris dño· Sic facietis p̄ ſingulos
boues et arietes et agnos·et edos: tam in
digene quã peregrini eodẽ ritu offerẽt ſa
crificia· Vnum p̄ceptũ erit atqꝫ iudiciũ tã
vob̃ quã aduenis terre· Locut⁹ eſt dñs ad
moyſẽ dicens· Loq̃re filijs iſrl̃·et dices ad
eos· Cũ veneritis in terrã quã dabo vobis
et comederitis de panibꝫ regionis illius: ſe
parabitis primicias dño de cibis vr̃is· Si
cut de areis p̄micias ſeperabitis: ita et de
pulmentis dabitis p̄mitiua dño· Qd̾ ſi p̄ ig
norantiã preterieritis q̃cq̄ horũ q̃ locutus
eſt dñs ad moyſẽ·et mandauit p̄ eũ ad vos
a die qua cepit iubere et vltra·oblitaqꝫ fu
erit facere multitudo: offeret vitulũ de ar-
mento olocauſtũ in odorem ſuauiſſimũ dño
et ſacrificiũ eius ac liba vt cerimonie poſtu
lãt·hircũqꝫ p̄ pc̃tõ: et rogabit ſacerdos p̄
om̃i multitudine filiorũ iſrl̃ et dimittetur
eis·quoniã nõ ſpõte peccauerũt nichilomi
nus offerentes incenſũ dño p̄ ſe ⁊ p̄ pc̃to
atqꝫ errore ſuo·et dimittet̃ vniũſe plebi fi
liorum iſrl̃·et aduenis qui peregrinant̃ inter
vos: q̃m culpa eſt omnis pp̃l̃i p̄ ignorantiã·
Qd̾ ſi aia vna neſciẽs peccauerit offeret ca
prã anniculã p̄ pc̃to ſuo: et d̾precabit̃ p̄ ea
ſacerdos quod inſciã peccauerit corã dño:
impetrabitqꝫ ei veniam·et dimittetur illi·
Tã indigenis q̄ aduenis vna lex erit om̃i
um qui peccauerint ignorãtes· Anima ve-
ro qꝫ p̄ ſupbiã aliquid cõmiſerit·ſiue ciuis
ſit ille ſiue peregrin⁹: q̃m adũſus dñm rebel
lis fuit·peribit de pp̃l̃o ſuo· Verbum enim
dñi cõtẽpſit· ⁊ p̄ceptum illius fecit irritũ:
idcirco delebitur·et portabit iniquitatem

ſuā· Factum eſt aūt cū eſſent filij iſrl̄ in ſo-
litudine· et inueniſſent hominē colligentē
ligna in die ſabbati: obtulerūt eū moyſi et
aaron et vniuſe multitudini· Qui recluſe-
runt eum in carcerē· neſcientes quid ſuper
eo facere deberent· Dixitq̄ dn̄s ad moyſē
Morte moriatur homo iſte: obruat eum la
pidibꝫ omnis turba extra caſtra· Cūq̄ e-
duxiſſent eum foras obruerūt eum lapidi-
bus: et mortuus eſt ſicut ꝑcepat dn̄s· Dix
itq̄ dn̄s ad moyſen· Loquere filijs iſrl̄ et
dices ad eos· Vt faciant ſibi fimbrias pan
gulos palliorū· ponentes in eis vittas iacin
ctinas· Quas cum viderint recordent̄ om-
niū mandatorū dn̄i: nec ſequantur cogita-
cōes ſuas et oculos per res varias forni-
cātes: ſed magis memores ꝑceptorū dn̄i:
faciant ea: ſintq̄ ſancti deo ſuo· Ego dn̄s
deus vr̄· qui eduxi vos de t̄ra egipti: vt eſſē
deus veſter·      CA·      XVI·

Ecce autē chore filius yſaar filij ca-
ath· filij leui· et dathan· atq̄ abir-
an filij eliab· Hon q̄z filiꝰ pheleth
de filijs ruben ſurrexerunt cōtra moyſē: alij
q̄z filiorum iſrl̄ ducenti quinquaginta viri
ꝓceres ſynagoge· et qui tempore cōcilij p
nomina vocabantur: Cūq̄ ſtetiſſent aduſū
moyſē et aaron dixerunt· Sufficiat vobis
quia omnis multitudo ſanctoꝝ eſt ⁊ i ipis
eſt dn̄s· Cur eleuāmi ſup populū dn̄i? Qđ
cū audiſſet moyſes cecidit ꝓnus in faciē:
locutuſq̄ ad chore et ad omnem multitu-
dinem· Mane inquit notum fecit dominus
qui ad ſe ptineant· et ſanctos applicabit ſi-
bi: et quos elegerit appropinq̄būt ei· Hoc
igitur facite· Tollat vnuſq̄ſq̄ thuribula
ſua tu chore et om̄e cōcilium tuū et hauſto
cras igne ponite deſuper thimiama coram
dn̄o: et quecumq̄ elegerit· ipe erit ſanctꝰ
Multum erigimini filij leui· Dixitq̄ rurſū
ad chore· Audite filij leui· Num parum vob
eſt quod ſeperauit vos deus iſrl̄ ab om̄i po-
pulo: et iūxit ſibi vt ſeruiretis ei in cultu ta
bernaculi: et ſtaretis coram frequētia ppli
⁊ miniſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit acce
dere te et om̄es fratres tuos filios leui· vt
vobis etiā ſacerdotium vendicetis· et om̄is
globus tuus ſtet contra dn̄m? Quid eſt em̄
aaron vt murmuretis cōtra eum? Miſit ḡ
moyſes vt vocaret dathan et abiran fili-
os eliab· Qui reſponderūt· Nō venimꝰ· Nū
q̄d parū eſt tibi qđ eduxiſti nos de t̄ra egip
ti que lacte et melle manabat vt occideres
in deſerto: niſi et dominatus fueris nr̄i? Re-
uera induxiſti nos in terrā que fluit riuis
lactis et mellis: et dediſti nobis poſſeſſiones
agroꝝ et vinearū· An et oculos noſtros
vis eruere? Nō venimus· Iratuſq̄ moyſes
valde· Ait ad dn̄m· Ne reſpicias ſacrificia
eoꝝ· Tu ſcis qđ nec aſellū quidē vnq̄m ac
ceperim ab eis· nec afflixerim quēpiā eoꝝ
Dixitq̄ ad chore· Tu et om̄is cōgregatio
tua ſtate ſeorſum coram dn̄o· et aaron die
craſtino ſeparatim· Tollite ſinguli thuri-
bula veſtra· et ponite ſup ea incenſū offerē
tes dn̄o ducenta quinq̄ginta thuribula: aa
ron q̄z teneat thuribulum ſuū· Qđ cum fe-
ciſſent ſtantibꝫ moyſi et aaron· et coacer-
uaſſent aduſum eos om̄em multitudinē ad
oſtium tabernaculi: apparuit cūctis gloria
dn̄i· Locutuſq̄ dominus ad moyſen et aa-
ron ait· Separamini de medio cōgregatōis
huiꝰ: ut eos repente diſperdam· Qui cecide
rūt ꝓni in faciem· atq̄ dixerūt· Fortiſſime
deꝰ ſpirituū vniuſe carnis· num vno peccā
te ɔtra omnes tua ira d̄ſeuiet? et ait dn̄s
ad moyſē· Precipe vniuſo ꝓplo vt ſeperat̄
a tabernaculis chore et dathan et abiron·
Surrexit q̄z moyſes et abijt ad dathan et
abiron: et ſequētibꝫ eū ſenioribꝫ iſrl̄ dixit
ad turbam· Recedite a tabernaculis impi
oꝝ: ⁊ nolite tāgere q̄ ad eos ptinēt· ne i uo
luamini i pc̄tis eoꝝ· Cūq̄ receſſiſſēt a tēto
rijs eoꝝ p circuitū· dathā et abirā egreſſi
ſtabāt i in troitu papilianū ſuaꝝ· cū vxori
bꝫ ⁊ liberis· om̄iq̄ freq̄ntia· Et ait moyſes
In hoc ſcietis qđ dn̄s miſerit me: vt facerē
vniuerſa q̄ cernitis· et nō ex ꝓprio ea corde
ꝓtulerim· Si ɔſueta hoim morte inierint
et viſitauerit eos plaga qua ⁊ ceteri viſita
ri ſolent: non miſit me dn̄s· Sin aūt nouam
rem fecerit dn̄s· ut apiens terra os ſuū de-
glutiat eos et om̄ia que ad illos ptinent·
deſcenderuntq̄ viuentes in infernū: ſcietis
q̄ blaſphemauerint dn̄m· Confeſtim igit̄
ut ceſſauit loqui dirupta eſt terra ſub pedi
bus eorum: et aperiens os ſuū deuorauit
illos cum tabernaculis ſuis· ⁊ vniuerſa ſub
ſtantia eorum· Deſcenderūt q̄z viui in infer
num operti humo: et perierūt d̄ medio multi-

tudinis · At vero om̄is iſrl̄ q̄ ſtabat ꝑ girū
fugit a clamore pereuntium dicēs · Ne for-
te et nos terra deglutiat · Sed et ignis e-
greſſus a dn̄o interfecit ducētos quinq̄gin
ta viros qui offerebāt incēſū CA · XVII ·
Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſē dicēs
Precipe eleazaro filio aaron ſacer
doti vt tollat thuribula que iacent
in incēdio · et ignem huc illucq; diſpergat:
qm̄ ſāctificata ſūt in mortibꝫ peccatorum:
producatq; ea in laminas · ⁊ affigat altari ·
eo quod oblatum ſit in eis incenſum dn̄o et
ſāctificata ſint: vt cernāt ea ꝓ ſigno et mo
nimento filij iſrl̄ · Tulit ergo eleazar ſacer-
dos thuribula enea · in quibus obtulerant
hij q̄s incendium deuorauit · et ꝓduxit ea
in laminas affigens altari · vt haberent po-
ſtea filij iſrl̄ quibꝫ cōmouerēt̄: ne quis ac
cedat alienigena et qui nō eſt de ſemine aa
ron · ad offerendum incenſū dn̄o: ne patiat̄
ſicut paſſus eſt chore · et om̄is cōgregatio
eius loquente dn̄o ad moyſē · Murmurauit
aūt om̄is multitudo filioꝝ iſrl̄ ſequenti die
cōtra moyſē et aaron dicēs · Vos interfe
ciſtis ppl̄m dn̄i · Cūq; oriretur ſedicio ⁊ tu-
multus increſceret · moyſes et aaron fuge-
rūt ad tabernaculum federis · Q̄ð poſtquā
ingreſſi ſūt operuit nubes: et apparuit glo-
ria dn̄i · Dixitq; dn̄s ad moyſen · Recedite
de medio huiꝰ multitudinis: et iam nūc de
lebo eos · Cūq; iacerent in terra dixit moy
ſes ad aaron · Tolle thuribulum · et hauſto
igne d̄ altari mitte icenſum deſup · pergēs
cito ad ppl̄m: vt roges ꝓ eis · Iam enim e-
greſſa eſt ira a dn̄o · et plaga d̄ſeuit · Quod
cum feciſſet aaron · et cucurriſſet ad medi-
am multitudinē quā iam vaſtabat incēdi
um obtulit thimiama: et ſtans inter mor-
tuos ac viuentes ꝓ pplo deprecatus eſt · et
plaga ceſſauit · Fuerūt aūt qui ꝑcuſſi ſunt
q̄tuordecim milia hominū ⁊ ſeptingēti: abſq;
hijs qui perierant in ſeditione chore · Reuer
ſuſq; eſt aaron ad moyſen ad oſtium taber
naculi federis · poſtq̄ꝫ quieuit interitus · Et
locutus eſt dn̄s ad moyſen dicēs · Loquere
ad filios iſrl̄ · et accipe ab eis virgas ſingu
las ꝑ cognatōnes ſuas a cūctis principibꝫ
tribuū virgas duodecim: et vnuſquiſq; no
men ſupſcribes virge ſue · Nomē aūt aarō
erit in tribu leui: et vna virga cūctas eoꝝ
familias cōtinebit: poneſq; eas in taberna-
culo federis corā teſtimonio vbi loquar ad
te · Quē ex hijs elegero germinabit v̄ga
eiꝰ: et cohibebo a me q̄rimonias filioꝝ iſrl̄ ·
quibꝫ cōtra vos murmurant · Locutuſq; ē
moyſes ad filios iſrl̄: ⁊ d̄derūt ei om̄es prin
cipes virgas ꝑ ſingulas tribus · Fueruntq;
virge duodecim abſq; virga aaron · Quas
cū poſuiſſet moyſes corā dn̄o in tabernaculo
teſtimonij: ſequenti die regreſſus inuenit
germinaſſe virgā aaron in domo leui · ⁊ tur
gentibꝫ gemmis eruperāt flores: qui folijs
dilatatis in amigdalas d̄formati ſūt · Pro
tulit ergo moyſes om̄es virgas de conſpe-
ctu dn̄i ad cunctos filios iſrl̄: viderūtq; re-
ceperunt ſinguli virgas ſuas · Dixitq; dn̄s
ad moyſen · Refer virgam aaron in taber-
naculū teſtimonij · vt ſeruetur ibi in ſignū
rebellium filioꝝ iſrl̄: et quieſcāt q̄rele eoꝝ
a me ne moriantur · Fecitq; moyſes ſicut p̄
cepat dn̄s · Dixerūt aūt filij iſrl̄ ad moyſen
Ecce ꝯſumpti ſumus: om̄es peribimꝰ · Qui
cūq; accedit ad tabernaculum dn̄i morit̄ ·
Num vſq; ad iteruētōnē cūcti delēdi ſumꝰ
CA · XVIII ·
Dixitq; dn̄s ad aaron · Tu ⁊ filij tui
et domus patris tui tecum portabi
tis iniquitatem ſanctuarij: et tu et
filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij
veſtri · Sed et fratres tuos de tribu leui et
ſceptro patris tui ſume tecū: preſtoq; ſint
et miniſtrēt tibi · Tu aūt ⁊ filij tui miniſtra
bitis in tabnaculo teſtimonij · Excubabūt
q; leuite ad p̄cepta tua · et ad cūcta opa ta
bernaculi: ita dumtaxat ut ad vaſa ſanctu
arij et altare non accedant ne et illi mori-
antur · et vos pereatis ſimul · Sint aūt tecū
et excubēt in cuſtodijs tabnaculi · et in om̄i
bus cerimonijs eius: alienigena non miſce
bitur vobis · Excubate in cuſtodia ſanctua
rij ⁊ in miniſterio altaris: ne oriat̄ indigna
tō ſup filios iſrl̄ · Ego dedi vob̄ fratres veſ
tros leuitas d̄ medio filioꝝ iſrl̄: et tradidi
donum dn̄o · vt ſeruiant in miniſterijs taber
naculi eius · Tu aūt et filij tui cuſtodite ſa-
cerdotium veſtrum: et om̄ia que ad cultum
altaris ꝑtinent · et intra velū ſūt · ꝑ ſacerdo-
tes ām̄iniſtrabūtur · Si quis externus ac-
ceſſerit occidet̄ · Locutus eſt dn̄s ad aarō
Ecce dedi tibi cuſtodiam p̄mitiarū meaꝝ

Om̄ia que ſāctificāt̄ a filijs iſrl̄ tibi tradidi
⁊ filijs tuis. ꝑ officio ſacerdotali legitima
ſēpitn̄a. Hec ḡ accipies ꝺ hijs q̄ ſāctificant̄
et oblata ſunt domio. Omnis oblatio et ſa
crificium. et qcq̄d pro peccato atq; delicto
redditur michi. et cedet in ſancta ſāctoꝝ:
tuū erit et filioꝝ tuorum In ſanctuario co
medes illud. Mares tantum edent ex eo:
qꝛ conſecratum eſt tibi. Primicias aūt q̄s
vouerint et obtulerint filij iſrl̄: tibi dedi et
filijs tuis ac filiabꝫ tuis iure ꝑpetuo. Qui
mūdus eſt in domo tua. veſcet̄ eis. Omem
medullā oleo et vini ac frumēti. qcq̄d offe
rūt primiciarū dn̄o. tibi dedi. Vniuerſo fru
gum inicia que gignit humus et domino ꝺ
portāt̄: cedēt in vſus tuos. Qui mūdus ē
in domo tua. veſcet̄ eis. Omne quod ex voto
reddiderint filij iſrl̄. tuū erit. Quicq̄d ꝑmū
erumpit e vulua cūcte carnis quam offerēt
dn̄o. ſiue ex hominibꝫ ſiue de pecoribus fue-
rit. tui iuris erit: ita dumtaxat vt ꝑ homi-
nis primogenito p̄cium accipies: et omne
aīal qꝺ immūdum eſt redimi facias: cuius
redemptio erit poſt vnum menſē: ſiclis ar-
genti quinq; pondere ſanctuarij. Siclus vi-
ginti obolos habet. Primogenitū aūt bo-
uis ⁊ ouis et capre non facies redimi: quia
ſanctificate ſunt dn̄o. Sāguinē tm̄ eorū fū
des ſup altare: et adipes adolebis in ſuauiſ-
ſimum odorē dn̄o. Carnes vero in vſū tuū
cedent: ſic pectuſculum cōſecratū et armus
dexter tua erunt. Om̄es ꝑmicias ſāctuarij
quas offerūt filij iſrl̄ dn̄o: tibi dedi ⁊ filijs
ac filiabꝫ tuis iure ꝑpetuo. Pactum ſalis ē
ſēpiternū coram dn̄o tibi ac filijs tuis. Dix
itq; dn̄s ad aarō. In terra eorū nichil poſſi-
debitis: nec habebitis ꝑtem int̄ eos. Ego
pars et hereditas tua in medio filiorū iſrl̄.
Filijs autē leui dedi om̄es decimas iſrahe-
lis in poſſeſſionē. ꝑ miniſterio q̄ ſeruiūt mi-
chi in tabernaculo federis: vt non accedāt
vltra filij iſrl̄ ad tabernaculum. nec cōmit-
tāt peccatū mortiferū: ſolis filijs leui mihi
in tabernaculo ſeruientibꝫ et portantibus
peccata populi: legitimū ſēpiternū erit in
generationibꝫ veſtris. Nichil aliud poſſide
būt decimarū oblatōne cōtēti: quas ī vſus
eoꝝ et neceſſaria ſeparaui. Locutuſq; eſt
dn̄s ad moyſen dicens. Precipe leuitis at
q; denuncia. Cum acceperitis a filijs iſrl̄ de
cimas quas dedi vobꝫ: ꝑmicias earū offerte
dn̄o. id ē decimā ꝑtē decime: vt reputetur
vobꝫ ī oblacōnē ꝑmitiuoꝝ: tam ꝺ areis q̄ꝫ ꝺ
torcularibꝫ ⁊ vniūſis q̄ꝝ accipitis ꝑmicias
offerte dn̄o. ⁊ date ea aaron ſacꝺoti. Om̄ia
que offertis ex decimis. et in donaria dn̄i ſe
ꝑabitis: optima et electa erūt. Diceſq; ad
eos. Si p̄clara ⁊ meliora queq; obtuleritis
ex decimis. reputabitur vobis quaſi de area
et torculari dederitis ꝑmicias: et comedetis
eas in om̄ibꝫ locis vr̄is. tam vos q̄ꝫ familie
vr̄e: qꝛ p̄cium eſt ꝑ miniſterio q̄ ſuiitis ī ta-
bernanaculo teſtimonij: et non peccabitis
ſup hec. egregia vobis et pinguia reſuan-
tes: ne polluatis oblationes filiorum iſrl̄. ⁊
moriamini.

CA. XIX.

Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen et aa
ron dicēs. Iſta eſt religio victime
quā conſtituit dn̄s. Precipe filijs
iſrl̄. vt adducāt ad te vaccam rufā etatis
integre in qua nulla ſit macula. nec porta-
uerit iugū: tradetiſq; eam eleazaro ſacerdo
ti. Qui eductā ext̄ caſtra immolabit in cō
ſpectu om̄ium: et tinguens digitum in ſāg
uine eius. aſperget cōtra foras tabnaculi
ſeptem vicibus: combureta; eam cunctis
videntibus: tam pelle et carnibus eius q̄ꝫ
ſanguine et fimo flāme traditis. Lignum
q̄ꝫ cedrinum et yſopū coccūq; bis tinctum
ſacerdos mittet in flāmā. q̄ vaccam vorat.
Et tūc demum lotis veſtibus et corpe ſuo.
egrediet̄ in caſtra: cōmaculatuſq; erit vſq;
ad veſperam. Sed et ille qui cōbuſſerit eam
lauabit veſtimēta ſua et corpus. et immun
dus erit vſq; ad veſperam. Colliget aūt
vir mundus cineres vacce. et effundet eos
extra caſtra in loco puriſſimo: vt ſint mul-
titudini filioꝝ iſrl̄. in cuſtodiam et ī aquā
aſperſionis: quia ꝑ peccato vacca cōbuſta
eſt. Cumq; lauerit qui vacce portauerat ci-
neres veſtimenta ſua: imūdus erit vſq; ad
veſperam. Habebunt hoc filij iſrl̄ et aduene
qui habitant inter eos ſanctū iure ꝑpetuo.
Qui tetigerit cadauer hominis et ꝓpter h̄
ſeptem diebꝫ fuerit imūdus. aſpergetur ex
hac aqua die tercio et ſeptimo: et ſic mun
dabitur. Si die tercio aſperſus nō fuerit:
ſeptimo nō poterit emūdari. Om̄is qui teti
gerit humane anime morticinū. et aſperſus
ac cōmixtione nō fuerit. polluet tabnaculū

dñi: et peribit ex iſrahel · Quia aqua expia
tõis non eſt aſperſus immuudus erit: et
manebit ſpurcicia eius ſuper eũ · Iſta eſt lex
hominis qui moriť in tabernaculo · Omnes
qui ingrediuntur tentoriũ illius · et vniũſa
vaſa que ibi ſunt polluta erũt ſeptem dieb9
Vas qđ non habuerit operculum nec liga
turam deſuper · immũdum erit · Si quis in
agro tetigerit cadauer occiſi hoĩs · aut p̃
ſe mortui · ſiue os illius vel ſepulcrũ: immũ
dus erit ſeptem dieb9 · Tollent de cinerib9
cõbuſtiõis atq; peccati · et mittẽt aq̃s vi
uas ſup eos in vas: in quibus cũ homo mũ
dus tinxerit yſopum · aſperget eo om̃e ten
torium et cũctam ſuppellectilẽ · ꝛ homines
huiuſcemodi cõtagione pollutos: atq; h̃
modo mũdus luſtrabit immundum tercio
et ſeptimo die · expiatuſq; die ſeptimo la
uabit et ſe et veſtimenta ſua: et immundus
erit vſq; ad veſperam · Si quis hoc ritu non
fuerit expiat9 · peribit anima illi9 đ medio
eccleſie quia ſãctuariũ dñi polluit: ꝛ nõ ẽ aq̃
luſtratõnis aſperſus · Erit hoc p̃ceptum le
gitimũ ſempiternũ · Ipſe q̃; qui aſpergit
aquas · lauabit veſtimẽta ſua · Omnis qui
tetigerit aquas expiatõnis: immũdus erit
vſq; ad veſperam · Quidq̃d tetigerit immũ
dus · imũdum faciet: et aĩa que horũ q̃ppiã
tetigerit · immunda erit vſq; ad veſperũ ·

CA · XX ·

Venerũtq; filij iſrľ et om̃is multitu
do in deſertum ſin menſe primo · et
manſit populus in cades · Mortua
q; eſt ibi maria: et ſepulta in eodem loco ·
Cũq; indigeret aqua popul9 cõuenerũt ad
uerſũ moyſẽ et aaron: et verſi in ſeditõnem
dixerũt · Vtinam periſſemus inter fratres
nr̃os corã dño · Cur eduxiſtis eccleſiã dñi ĩ
ſolitudinẽ: vt et nos et noſtra iumenta mo
riamur? Quare nos feciſtis aſcẽdere đ egip
to · et adduxiſtis ad locum iſtum peſſimum
qui ſeri non poteſt: qui nec ficũ gignit · nec
vineas nec malagranata: inſup ꝛ aquã nõ
habet ad bibendum? Ingreſſuſq; moyſes
et aarõ dimiſſa multitudine in tab̃naculũ
federis · corruerunt proni in terrã: clamaue
rũtq; ad dñm atq; dixerũt · Dñe deus audi
clamorem populi hui9 · et aperi eis theſaurũ
tuũ fontem aque viue: vt ſaciati ceſſet mur
muratio eorum · Et apparuit gloria dñi ſup
eos · Locutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens ·
Tolle virgã et cõgrega populũ tu et aarõ
frater tuus · et loq̃mini ad petrã corã eis:
et illa dabit aquas. Cũq; eduxeritis aquam
de petra bibet omnis multitudo et iumenta
eius · Tulit igitur moyſes virgã qui erat
in conſpectu domini ſicut p̃ceperat ei · cõgre
gata multitudine ante petram: dixitq; eis ·
Audite rebelles et increduli · Num đ petra
hac vob aquã poterimus eicere? Cumq; ele
uaſſet moyſes manũ p̃cutiens virga bis ſili
cem · egreſſe ſunt aque largiſſime: ita vt po
pulus biberet et iumenta · Dixitq; dñs ad
moyſen et aaron · Quia non crediſtis michi
vt ſanctificaretis me coram filijs iſrľ: nõ in
troducetis hos populos in terrã quã dabo
eis · Hec eſt aqua cõtradictõnis · vbi iurga
ti ſunt filij iſrľ cõtra dominum: et ſanctifi
catus eſt in eis · Miſit interea nũcios moy
ſes de cades ad regem edom · qui dicerent
Hec mandat frater tuus iſrľ · Noſti om̃em
laborẽ qui app̃hendit nos · q̃uo deſcẽderint
patres noſtri in egiptũ · et habitauerimus
ibi mľto tp̃e: afflixerintq; nos egiptij ꝛ pa
tres noſtros: et q̃uo clamauerim9 ad dñm
et exaudierit nos: miſeritq; angelum qui
eduxerit nos de egipto · Ecce in vrbe cades
que eſt in extremis finibus tuis poſiti: obſe
cramus ut nobis tranſire liceat p terrã tuã
Non ibimus p agros nec p vineas: non bi
bemus aquas de puteis tuis: ſ; gradiemur
via publica · nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã
declinantes: donec trãſeamus t̃minos tuos
Cui reſpondit edom · Non tranſibitis p me
Alioquin armatus occurram tibi · Dixerũt
q; filij iſrľ · Per tritã gradiem̃ viã: ꝛ ſi bi
berimus aquas tuas nos et pecora noſtra ·
dabimus qđ iuſtum eſt · Nulla erit in p̃cio
difficultas tantũ velociter tranſeam9 · At
ille reſpondit · Nõ tranſibitis · Statimq; e
greſſus eſt obuius cũ infinita multitudine
et manu forti: nec voluit acq̃eſcere dep̃can
ti · ut concederet trãſitũ p fines ſuos · Quã
obrem diuertit ab eo iſrľ · Cũq; caſtra mo
uiſſent de cades · venerũt in montem or · qui
eſt in finib9 t̃re edom: vbi locut9 ẽ dñs ad
moyſẽ dicẽs · Pergat inq̃t aaron ad p̃plos
ſuos · Non enim intrabit terrã quã dedi fi
lijs iſrľ: eo qđ incredulus fuerit ori meo ad
aquas cõtradictionis · Tolle aaron et filiũ

eius cū eo: et duces eos in mōtem or. Cūq̃
nudaueris patrem veſte ſua. indues ea elea
zar filiū eius: ⁊ aaron colliget. ⁊ morietur
ibi. Fecit moyſes vt p̄ceperat dominus: et
aſcenderūt in montē or corā om̄i multitudi
ne. Cūq̃ aaron ſpoliaſſet veſtib; ſuis: indu
it eis eleazarū. filium eius. Illo mortuo in
montis ſupcilio: deſcēdit cum eleazaro O
m̄is autem multitudo vidēs occubuiſſe aar
on: fleuit ſup eo trigīta diebus p cūctas fām
lias ſuas.

CA. XXI.

Quod cum audiſſet chananeus rex
arad. qui habitabat ad meridiem
veniſſe ſcilicet iſrl̄ p exploratorum
viā. pugnauit cōtra illum: ⁊ victor exiſtēs.
duxit ex eo p̄dam. At iſrl̄. voto ſe domino
obligās ait. Si tradideris pplm iſtū in ma
nu mea: delebo vrbes eius. Exaudiuitq̃ do
minus p̄ces iſrl̄. et tradidit chananeū: quē
ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius: et vo
cauit nomē loci illi9 orma. id eſt anathema
Profecti ſunt aūt et de mōte or. p viam q̄
ducit ad mare rubrū: ut circuirēt terram
edom. Et tedere cepit pplm itineris ac labo
ris: locutuſq̃ cōtra dn̄m et moyſē ait. Cur
eduxiſti nos de egipto: vt moriemur in ſoli
tudine? Deeſt panis: nō ſūt aque: anima
noſtra iam nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo
Quamobrem miſit dn̄s in pplm ignitos ſer
pentes: ad quoꝝ plagas et mortes pluri=
morū venerūt ad moyſē atq̃ dixerūt. Pec
cauimus: quia locuti ſumus cōtra dn̄m et
te. Ora ut tollat a nobis ſerpētes Orauit
moyſes p populo. Et locutus ē dn̄s ad eū
Fac ſerpētem eneū: et pone eum pro ſigno.
Qui pcuſſus aſpexerit eum viuet. Fecit ḡ
moyſes ſerpētem eneū: et poſuit eū p ſigno
Quē cum pcuſſi aſpicerēt: ſanabant̄. Pro=
fectiq̃ filij iſrl̄: caſtrametati ſūt in oboth.
Vnde egreſſi fixere tētoria in iebarim in ſo
litudine que reſpicit moab: cōtra orienta
talem plagam: et inde mouentes venerunt
ad torrentem zareth. Quē relinquētes ca=
ſtrametati ſunt cōtra arnon. que eſt in de=
ſerto. ⁊ prominet in finib; amorrei. Si qdē
arnon t̄min9 eſt moab: diuidens moabitas
et amorreos. Vnde dicitur in libro bellorū
dn̄i. Sicut fecit in mari rubro: ſic faciet in
torrentibus arnon. Scopuli torrentium in
clinati ſūt ut requieſcerent in aaron: et re=
cūberent in finibus moabitarū. Ex eo loco
apparuit puteus: ſup quo locutus eſt dn̄s
ad moyſen. Congrega pplm: et dabo ei a=
quā. Tūc cecinit iſrl̄ carmen iſtud. Aſcen
dat puteus cōcinebāt: puteus quē foderūt
principes ⁊ pauerūt duces multitudinis. in
datore legis et in baculis ſuis: De ſolitu=
dine: mathana. De mathana: nahaliel.
De nahaliel: in bamoth. Bamoth vallis ē
in regiōe moab. in vertice faſga: ⁊ quod re
ſpicit cōtra deſertum. Miſit autem iſrahel
nuncios ad ſeon regem amorreorū dicens
Obſecro ut tranſire michi liceat p trā tuā
Non declinabimus in agros et vineas: nō
bibemus aquas ex puteis. Via regia egre=
diemur: donec tranſeamus terminos tuos.
Qui cōcedere noluit vt trāſiret iſrl̄ p fines
ſuos: quin pocius exercitu cōgregato egre
ſſus eſt obuiā in deſertū ⁊ venit in iaſa: pug
nauitq̃ cōtra eum. A quo pcuſſus ē in ore
gladij. et poſſeſſa eſt terra eius ab arnon vſ
q̃ ieboc. et filios āmon: quia forti p̄ſidio te
nebātur termini āmonitarum. Tulit ergo
iſrahel omnes ciuitates eius: et habitauit
in vrbibus amorrei: in eſebon ſcilicet et vi=
culis eius. Vrbs eſebon fuit regis ſeon a=
morrei. qui pugnauit contra regē moab: ⁊
tulit om̄em terrā que dicionis illius fuerat
vſq̃ arnon. Idcirco dicit̄ in puerbio. Ve=
nite in eſebon: edificetur et cōſtruatur ciui
tas ſeon. Ignis egreſſus eſt de eſeon. Fla=
ma de opido ſeon: et deuorauit armobitarū
⁊ bitatores excelſoꝝ arnō. Ve tibi moab
periſti popule chamos. Dedit filios eius in
fugiā ⁊ filios i captiuitatē regi amorreoꝝ
ſeon. Iugū ipſorum diſperijt ab eſebon vſq̃
dibon: laſſi puenerunt i iople vſq̃ medaba
Habitauit itaq̃ iſrl̄. in terra amorrei. Mi
ſitq̃ moyſes qui explorarēt iazer: cuius ce
perūt viculos. et poſſiderūt habitatores Ver
teruntq̃ ſe et aſcenderūt p viam baſan: et oc
currit eis og rex baſan cū omni populo ſuo
pugnaturus in edrai. Dixitq̃ dn̄s ad moy
ſen. Non timeas eū: quia in manu tua tradi
di illum et om̄em pplm ac terram eius: Faci
eſq̃ illi ſicut feciſti ſeon regi amorreorū ha
bitatori eſebon. Percuſſerūt igitur et hūc
cum filijs ſuis. vniūſuq̃ pplm eius vſq̃ ad=
internicōnem: et poſſiderunt terram illius.
Profectiq̃ caſtrametati ſunt in cāpeſtr ibꝰ

moab: vbi tranſ iordanen iherichо ſita eſt

CA. XXII.

Idens autē balac filius ſephor oīa
q̄ fecerat iſrl' amorreo: et ꝙ ptimu
iſſent eum moabite. et impetū eius ferre nō
poſſēt: dixit ad maiores natu madian. Ita
delebit hic pplus oēs qui in noſtris finib⁹
cōmorantur: quō ſolet bos herbas vſq3 ad
radices carpere Ipſe erat eo tpe rex in mo
ab. Miſit ergo nūcios ad baalam filiū beor
ariolum. qui habitabat ſup flumē ſre filio
rū ammon: ut vocarēt eū et dicerēt. Ecce
egreſſus ē pplus ex egipto qui operuit ſup
ficiem terre ſedens contra me. Veni igitur
et maledic pplo huic quia fortior me eſt: ſi
quō poſſim pcutere et eicere eum de terra
mea. Noui eñ ꝙ benedictus ſit cui bn̄dixe-
ris: et maledictus in quē maledicta cōgeſ-
ſeris. Perrexerūtq3 ſeniores moab et mai
ores natu madian: habētes diuinatōnis p̄
cium in manibus. Cumq3 veniſſent ad bala
am. et naraſſent ei omnia verba balac: ille
rn̄dit. Manete hic nocte: et rn̄debo q̄cq̄d
mihi dixerit dn̄s. Manentibus illis apud
balaam: venit deus et ait ad eum. Quid ſibi
volūt hoies iſti apud te? Rn̄dit Balac fili⁹
ſephor rex moabitarū miſit ad me dicens.
Ecce pplus qui egreſſus eſt de egipto ope-
ruit ſupficiē terre: veni et maledic ei: ſi quō
poſſim pugnās abigere eum. Dixitq3 deus
ad balaam. Noli ire cum eis neq3 maledi
cas pplo. quia benedictus eſt. Qui mane
cōſurgens. dixit ad principes. Ite in terrā
vrām: q2 phibuit me deus venire vobiſcū.
Reuerſi pncipes dixerūt ad balac. Noluit
balaam venire nobiſcum. Rurſum ille mul-
to plures et nobiliores quā ante miſerat
miſit. Qui cum veniſſent ad balaam. dixerūt
Hic dicit balac filius ſephor. Ne cuncteris
venire ad me. Paratus ſum honorare te: et
q̄cq̄d volueris dare. Veni et maledic pplo
iſti. Rn̄dit balaam. Si dederit michi balac
plenam domum ſuam argenti et auri. nō po
tero immutare verbum dn̄i dei mei: vt vel
plus vel minus loquar. Obſecro vt hic mā
eatis etiā ac nocte: et ſcire queā quid mihi
rurſum rn̄deat dn̄s. Venit ergo deus ad ba
laam nocte: et ait ei. Si vocare te venerint
homines iſti. ſurge et vade cum eis: ita dū-
taxat. qd̄ p̄cepero tibi facias. Surrexit q3
balaam mane: et ſtrata aſina pfectus ē cū
eis: et iratus eſt de⁹. Stetitq3 angelus dn̄i
in via cōt balaam qui ſedebat aſine: et du-
os pueros habebat ſecū. Cernēs aſina an-
gelum ſtantem in via euaginato gladio: a
uertit ſe de itinere. et ibat p agrum. Quā
cum verberaret balaam et vellet ad ſemitā
reducere: ſtetit angelus in anguſtijs dua
rū maceriarū quib⁹ vinee cingebāt. Quē
videns aſina iunxit ſe parieti: et attriuit ſe
dentis pedem. At ille iterum verberabat: et
nichilominus angelus ad locum anguſtū
tranſiens. vbi nec ad dexteram nec ad ſini-
ſtram poterat deuiari: obuius ſtetit. Cūq3
vidiſſet aſina ſtantem angelum: concidit
ſub pedibus ſedentis. Qui iratus vehemen
tius cedebat fuſte latera eius. Aperuitq3
dn̄s os aſine: et locuta eſt. Quid feci tibi?
Cur pcutis me ecce iam tercio? Reſpondit
balaam Quia cōmeruiſti: et illuſiſti michi
Vtinam haberem gladiū ut te pcuterem.
Dixit aſina. Nōne animal tuū ſuū. cui ſem
per ſedere ɔſueſti: vſq3 in p̄ſentem diē? Dic
quid ſimile vnquā fecerim tibi. At ille ait.
Nūquā. Protinus aperuit dn̄s oculos ba-
laam: et vidit angelum ſtātem in via eua-
ginato gladio: adorauitq3 eū pron⁹ in ṫrā.
Cui āgel⁹. Cur inq̄t ṫcio uerberas aſinam
tuā? Ego veni ut adūſarer tibi: quia pūſa ē
via tua. michiq3 cōtraria. Et niſi aſina de
clinaſſet de via dans locū reſiſtenti: te occi
diſſem. ⁊ illa viueret. Dixitq3 balaam. Pe
ccaui: neſciēs quod tu ſtares cōtra me. Et
nūc ſi diſplicet tibi vt vadā. reuertar. Ait
angelus. Vade cū iſtis: et caue ne aliud q̄
p̄cepero tibi loquaris Iuit igitur cū pnci-
pibus. Quod cum audiſſet balac: egreſſus
eſt in occurſum eius in opido moabitarum
quod ſitum eſt in extremis finibus arnon.
Dixitq3 ad balaā. Miſi nūcios vt vocarēt
te. Cur non ſtatim veniſti ad me? An quia
mercedez aduentui tuo reddere neq̄o? Cui
ille reſpondit. Ecce aſſum. Nunquid loqui
potero aliud niſi ꝙ deus poſuerit in ore meo
Perrexerūt ergo ſimul: et venerūt in vrbē
q̄ in extremis regni eius finib⁹ erat. Cum-
q3 occidiſſet balac boues et oues: miſit ad
balaam et pncipes qui cum eo erant mune
ra. Mane aūt facto. duxit eum ad excelſa
baal. et intuitus eſt extremā partē populi

CAPI. XXIII.

Dixitq; balaā ad balac. Edifica mi hic ſeptem aras: et para totidem vitulos: eiuſdemq; numeri arietes. Cumq; feciſſet iuxta ſermonē balaam: impoſuerunt ſimul vitulum et arietem ſuper aram. Dixitq; balaam ad balac. Sta pauliſper iuxta olocauſtū tuū donec vadā. ſi forte occurrat michi dñs: ⁊ quodcūq; imperauerit loq̄r tibi. Cumq; abiſſet velociter occurrit illi deus. Locutuſq; ad eū balaā. ſeptē inquit aras erexi: et impoſui vitulum ⁊ arietē deſup. Dñs aūt poſuit verbū in ore ei9. et ait. Reuertere ad balac: et hec loq̄ris. Reuerſus inuenit ſtantē balac iuxta olocauſtū ſuū et oīes p̄ncipes moabitarū: aſſūptaq; parabola ſua dixit. De aran adduxit me balac rex moabitarū: de montibꝫ orientis. Veni inquit et maledic iacob: ꝓpera et deteſtare iſrl'. Quō maledicam: cui nō maledixit deus? Qua ratōne deteſter: quē domin9 nō deteſtatur? De ſūmis ſilicibꝫ videbo eū: et de collibꝫ ↄſiderabo illū. Populus ſolus habitabit: et inter gentes nō reputabitur. Quis dinumerare poſſit puluerē iacob. et noſſe numerū ſtirpis iſrl'? Moriatur anima mea morte iuſtorū: et fiāt nouiſſima mea horū ſimilia. Dixitq; balac ad balaam. Quid ē hoc qd agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te. et tu ecōtrio benedicis eis? Cui ille reſpondit. Num aliud poſſū loq̄: niſi qd iuſſerit dñs? Dixit ergo balac. Veni mecum in alterū locum. vnde ptem iſrahel videas. et totū videre nō poſſis: inde maledicito ei. Cūq; duxiſſet eum in locum ſublimem ſup uerticem montis phaſga. edificauit balaam ſeptem aras: et impoſitis ſup̄ vitulo atq; ariete: dixit ad balac. Sta hic iuxta olocauſtū tuū: donec ego obui9 pgam. Cui cū dñs occurriſſet: poſuiſſetq; verbum in ore eius ait. Reuerte ad balac: ⁊ hec loq̄ris ei. Reuerſus inuenit eū ſtantem iuxta olocauſtū ſuū: et p̄ncipes moabitarū cū eo. Ad quē balac. Quid inquit locutus eſt dominus? At ille aſumpta parabola ſua ait. Sta balac et auſculta: audi fili ſephor. Non eſt deus q̄ſi homo ut mētiatur: nec ut filius hominis vt mutet. Dixit ergo et non faciet: locutus eſt et non implebit? Ad benedicendum adductus ſum: benedictionem prohibere non valeo. Non eſt ydolum in iacob: nec videtur ſimulacrum in iſrahel. Dñs deus eius cū eo eſt: et clāgor victorie regis in illo. Deus eduxit illum de egipto: cuius fortitudo ſimilis eſt rinocerotis. Nō eſt auguriū in iacob: nec diuinatio in iſrl'. Temporibus ſuis dicetur iacob et iſrahel. qd opatus ſit deus. Ecce ꝑplus vt leena cōſurget: et q̄ſi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret p̄dam: et occiſorū ſanguinē bibat. Dixitq; balac ad balaā. Nec maledicas ei nec bñdicas. Et ille. Nōne ait dixiti: q̄ q̄cqd mi de9 imperaret hoc facerē? Et ait balac ad eū. Veni et ducam te ad aliū locum: ſi forte placeat deo vt inde maledicas eis. Cumq; duxiſſet eū ſup verticem mōtis phogor qui reſpicit ſolitudīnē: dixit ei balaam. Edifica mihi hic ſeptem aras: et para totidē vitulos: eiuſdēq; numeri arietes. Fecit balac ut balaam dixerat: impoſuitq; vitulos et arietes p ſingulas aras.

CA. XXIIII.

Vmq; vidiſſet balaam qd placeret dño vt benediceret iſraheli: neq̄quā abijt ut ān prexerat ut augurium q̄reret: ſꝫ dirigens cōtra deſtum vultū ſuū. ⁊ eleuās oculos vidit iſrl' in tentorijs cōmorantem per tribꝫ ſuas: et irruente in ſe ſpū dei. aſſumpta parabola ait. Dixit balaam filius beor: dixit homo cui obſcuratus ē occulus: dixit auditor ſmonē dei qui viſionē oīpotentis intuitus eſt: qui cadit. et ſic aperiunt̄ oculi eius. Quā pulcra tabnacula tua iacob. et tentoria tua iſrl': vt valles nemoroſe. vt horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula que fixit domin9: q̄ſi cedri ꝓpter aq̄s. Fluet aqua de ſitula eius: et ſemē illi9 erit i aquas multas. Tolletur ꝓpter agag rex eius: et auferetur regnum illius. De9 eduxit illum de egipto: cui9 fortitudo ſimilis ē rinocerotis. Deuorabūt gētes hoſtes illius: oſſaq; eorum ↄfringēt: et pforabunt ſagittis. Accubās dormiuit vt leo: et quaſi leena q̄ ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi erit ipē benedictus: qui maledixerit in maledictōne reputabit̄. Iratuſq; balac cōtra balaam: cōploſis manibꝫ ait Ad maledicendum inimicis meis vocaui te quibꝫ ecōtrario tercio benedixiſti. Reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem

magnifice honorare te: ſꝫ dñs ꝑuauit te ho
nore diſpoſito. Reſpōdit balaam ad balac.
Nōne nūcijs tuis q̄s miſiſti ad me dixi. ſi de
derit michi balac plenam domū ſuā argē
ti et auri. non potero p̄terire ſermonem dñi
dei mei. vt vel boni q̄d vl' mali ꝓferā ex cor
de meo: ſed q̄cq̄d dñs dixerit. hoc loquar?
Verūtamē pgens ad ꝓplm meum. dabo cō
ſiliū: q̄d ꝓplus tuus huic ꝓplo faciet extre-
mo tpe. Sūpta igitur parabula. rurſū ait
Dixit balaā filius beor: dixit homo cui9 ob
turatus eſt oculus: dixit auditor ſmonem
dei. qui nouit doctrinā altiſſimi. et viſiones
omnipotentis videt: qui cadens apertos ha
bet oculos. Videbo eū ſed nō modo: intue-
bor illum: ſꝫ nō ꝓpe. Orietur ſtella ex iacob.
et cōſurget virga de iſrl': et ꝑcutiet duces
moab. vaſtabitq̄ oēs filios ſeth: et erit
ydumea poſſeſſio ei9. Hereditas ſeir cedet
inimicis ſuis: iſrl' vero fortiter aget. De ia
cob erit qui dominetur: et ꝑdat reliq̄as ci-
uitatis. Cunq̄ vidiſſet amalech: aſſumens
parabolā ait. Principiū gētiū amalech:
cui9 extrema ꝑdentur. Vidit q̄ꝫ cineum: et
aſſumpta ꝑabola ait. Robuſtū q̄dē ē ha-
bitaculum tuū: ſꝫ ſi in petra poſueris nidū
tuū. et fueris electus de ſtirpe cin quā diu
poteris ꝑmanere? Aſſur eñ capiet te. Aſſū
ptaq̄ parabola. iterū locutus eſt. Heu q̄s
victur9 ē. q̄ñ iſta faciet de9? Venient in tri
eribus de ytalia. ſupabunt aſſirios. vaſta-
būtq̄ hebreos: et ad extremū etiam ipſi ꝑi
bunt. Surrexitq̄ balaam ⁊ reuerſus eſt in
locū ſuū: balac q̄ꝫ via qua venerat rediit.

CA. XXV.

Morabat' aūt eo tpe iſrl' i ſethim: ⁊
fornicatus eſt ꝓplus cum filiabꝫ mo
ab. que vocauerunt eos ad ſacraficia ſua.
At illi comederunt: et adorauerūt deos ea
rū. Iniciatuſq̄ eſt iſrl' beelfegor. Et irat9
dñs ait ad moyſen. Tolle cūctos principes
ꝓpli. et ſuſpende eos cōtra ſolē in patibul':
vt auertatur furor meus ab iſrl'. Dixitq̄
moyſes ad iudices iſrl'. Occidat vnuſq̄ſq̄
proximos ſuos qui iniciati ſunt beelfegor.
Et ecce vnus de filijs iſrahel intrauit corā
fratribꝫ ſuis ad ſcortum madianiten. vidē
te moyſe et oñi turba filioꝝ iſrl': q̄ flebant
ante fores tabernacli. Qđ cū vidiſſet fine-
es filius eleazari filij aaron ſacerdotis. ſur-
rexit de medio multitudinis: ⁊ arrepto pu-
giōe ingreſſus ē poſt viꝝ iſrahelitē in lupa
nar: ⁊ ꝑfodit ābos ſimul viꝝ ſcilicet ⁊ muli
erem in locis genitalibꝫ. Ceſſauitq̄ plaga
a filijs iſrl': et occiſi ſūt viginti quatuor mi-
lia hoīm. Dixitq̄ dñs ad moyſen. Finees fi
lius eleazari filij aaron ſacdotis auertit irā
meam a filijs iſrahel: quia zelo meo cōmo-
t9 ē contra eos: vt non ipſe delerē filios
iſrl' in zelo meo. Idcirco loq̄re ad eos. Ec-
ce do ei pacem federis mei: ⁊ erit tam ipſi q̄
ſemini ei9 pactum ſacerdocij ſempiternum:
quia zelatus eſt ꝓ deo ſuo. ⁊ expiauit ſce-
lus filioꝝ iſrl'. Erat autem nomen viri iſra
helite qui occiſ9 eſt cū madianitide zambri
filius ſalu: dux de cognatione ⁊ tribu ſyme
onis. Porro mulier madianitis q̄ pariter i
terfecta eſt vocabatur cozbi: filia ſur prin
cipis nobiliſſimi madianitarū. Locutuſq̄ ē
dominus ad moyſen dicens. Hoſtes vos ſē
tiant madianite et ꝑcutite eos: quia ⁊ ipſi
hoſtiliter egerunt ɔtra vos. et decepere inſi
dijs per ydolum phogor. et cozbi filiam du-
cis madiam ſororem ſuam: q̄ ꝑcuſa eſt i die
plage ꝓ ſacrilegio phogor.

CA. XXVI.

Poſtq̄ noxiorū ſanguis effuſus eſt
dixit dñs ad moyſē ⁊ eleazarū filiū
aaron ſacerdotē. Numerate omnem ſūmā
filiorū iſrl' a viginti annis et ſup̄ ꝑ domos
et cognacōes ſuas: cunctos qui poſſunt ad
bella ꝓcedere. Locuti ſunt itaq̄ moyſes et
eleazar ſacerdos in campeſtribus moab ſup
iordanen cōt' ihericho ad eos qui erant a vi
ginti ānis ⁊ ſup̄ ſicut dñs imperarat: quo-
rū eſt iſte numeris. Rubē p̄mogenitus iſrl'
Huius filius enoch. a q̄ familia enochita-
rum: et phallu. a quo familia phalluitaꝝ:
⁊ eſrom. a quo familia eſromitarū: et char
mi. a quo familia charmitarū. Hec ſunt fa
milie de ſtirpe ruben: quarū numerus inuen
tus eſt quadragintatria milia et ſeptingen
titriginta. Filius phallu eliab: huius filij
namuhel et dathan et abiron. Iſti ſunt da
than et abiron. p̄ncipes ꝓpli q̄ ſurrexerūt cō
tra moyſen et aaron in ſeditōe chore. q̄ñ ad
uſus dñm rebellauerūt: et aperiēs terra os
ſuū deuorauit chore morientibꝫ plimis: q̄ñ
cōbuſſit ignis ducētoſq̄nquaginta viros.
Et factū eſt ḡnde miraculū: vt chore ꝑeūte

filij illi9 nõ pˀiret· Filij ſimeon p cognatões
ſuas namuhel: ab h familia namuhelitaꝝ:
iamin ab hoc familia iaminitaruꝫ: iachin·
ab hoc familia iachinitaꝝ: zare· ab h fami
lia ſareitaꝝ: ſaul· ab h familia ſaulitarum·
Hee ſunt familie de ſtirpe ſymeon: quarum
omnis numer9 fuit vigintiduũmiliũ ducẽ
toꝝ· Filij gad per ↄgnatões ſuas: ſephon·
ab hoc familia ſephonitaꝝ: aggi· ab h fa-
milia aggitaꝝ: ſuni· ab hoc familia ſunita
rũ: ozni· ab hoc familia oznitarũ: her· ab h
familia heritarũ: arod· a q̃ familia arodita
rũ: arihel· ab hoc familia arihelitaruꝫ· Iſte
ſunt famile gad: q̃rũ omnis numrus fuit q̃
draginta milia q̃ngẽtoꝝ· Filij iuda· her ⁊
onan: q̃ ambo mortui ſũt in terra canaan·
Fuerũtqꝫ filij iuda p ↄgnatões ſuas: ſela
a q̃ familia ſelaitaruꝫ: phares· a q̃ familia
pharesitaꝝ: zare· a quo familia zareitaꝝ·
Porro filijs phares: eſron· a q̃ familia eſ-
ronitarũ: et amul· a q̃ familia amulitaꝝ·
Iſte ſunt familie iuda: q̃rũ omĩs numer9
fuit ſeptuagintaſex milia q̃ngẽtoruꝫ· Filij
yſachar p ↄgnatões ſuas: thola· a q̃ familia
tholaitaꝝ: phua· a q̃ familia phuaitarum:
iaſub· a q̃ familia iaſubitaꝝ: ſemran· a q̃ fa-
milia ſemranitarũ· Hee ſũt cognatões yſa
char: q̃rũ numer9 fuit ſexaginta q̃tuor mi
lia trecentoꝝ· Filij zabulon p cognatões
ſuas: ſaret· a q̃ familia ſareditarũ: helon· a
q̃ familia helonitaꝝ: ialel· a q̃ familia ialeli
tarũ· Hee ſũt cognatões zabulon: q̃rũ nu
merus fuit ſexaginta milia quingẽtorum·
Filij ioſeph p cognacões ſuas manaſſe et
ephraim· De manaſſe ort9 eſt machir: a q̃
familia machiritarũ· Machir genuit gala
ad: a quo familia galaaditarũ Galaad ha
buit filios iezer: a quo familia iezeritarũ: ⁊
elech· a quo famili a elechiatarum: et aſri-
hel· a quo familia aſrihelitarum: et ſechem·
a quo familia ſechemitarũ: et ſemida· a q̃
familia ſemidaitarũ· ⁊ epher· a quo familia
epheritarũ· Fuit aũt epher pater ſalpha-
ad: qui filios non habebat ſed tantum fili
as quarũ iſta ſunt nomina: maala· ⁊ noa· ⁊
egla· et melcha· et therſa· Hee ſũt familie
manaſſe: et numerus earum q̃nq̃gintaduo
milia ſeptingentorũ· Filij autem ephraim
p cognatões ſuas fuerũt hij· Suthala· a q̃
familia ſuthalaitarum: becher· a quo fami
lia becheritarũ· thehen· a quo familia theni-
tarum· Porro filius ſuthala fuit heram: a
quo familia heramitarum· Hee ſunt cog-
tiones filiorum ephraim: quarum nume-
rus fuit trigintaduo milia q̃ngentoꝝ· Iſti
ſunt filij ioſeph p familias ſuas· Filij beni-
amin in ↄgnacõibus ſuis bale a quo fami-
lia baleitarum: azbel· a q̃ familia azbelitaꝝ
achiram· a q̃ familia achiramitarũ: ſuph
am· a quo familia ſuphamitarum: vpham
a quo familie vphamitarum Filij bale: he-
red et noeman· De hered familia heredita
um: de noemam familia noemanitarum·
Hij ſunt filij beniamin per cognaciones ſu
as: quorũ numerus q̃dragintaq̃nqꝫmili-
a ſexcẽtorũ· Filij don p ↄgnatões ſeas: ſu-
han· a quo familia ſuhanitarum· Hee cog
nacões dan p familias ſuas· Omes fuere
ſuhanite: quorum numerus erat ſexaginta
q̃tuor milia q̃dringintorũ· Filij aſer p co
gnacões ſuas: iemna· a q̃ familia iemnai
tarũ: ieſſu· a q̃ familia ieſſuitarum: brie a
quo familia brieitarũ· Filij brie haber· a q̃
familia haberitarum: et melchihel· a q̃ fa
milia melchihelitarũ· Nomen aũt filie aſer
fuit ſara· Hee ↄgnacões filioꝝ aſer: et nu
merus eorum q̃nq̃gintatria milia· quadrin
gẽtorum· Filij neptalim p ↄgnacões ſuas:
ieſſiel a quo familia ieſſihelitaruꝫ: guni· a q̃
familia gunitarũ: iaſer· a quo familia ſelle-
iaſeritarum: ſellem· a quo familia ſelle-
mitarũ· Hee ſunt cognatões filiorum nep
talim p familias ſuas· quoꝝ numer9 q̃dra
gintaquinqꝫ milia· q̃dringẽtorum Iſta eſt
ſumma filiorum iſrahel qui recẽſiti ſũt· ſex
centa milia· et mille· ſeptingentitriginta·
Locutuſqꝫ ẽ dñs ad moyſen dicens Iſtis
diuidetur tria iuxta numerum vocabulorũ
in poſſeſſiones ſuas· Pluribus maiorẽ ptẽ
dabis· et paucioribus minorẽ: ſingulˀ ſicut
nunc recẽſiti ſunt tradetur poſſeſſio: ita dũ-
taxat· ut ſors t̃rã tribub9 diuidat et fami-
lijs· Quicq̃d ſorte cõtigerit: hoc vl' plures
accipiat vel pauciores· Hic q̃ꝫ eſt numer9
filiorum leui p familias ſuas· Gerſõ· a q̃
familia gerſonitarũ: caath· a quo familia
caathitarum: merari· a quo familia mera-
riarũ· Hee ſunt familie leui· Familia lobni
familia hebroni· familia mooli· familia mu
ſi· familia chori· At vero caath· genuit am

ram: q̃ habuerit vxorẽ iochabeth filiã leui-
que nata eſt ei in egipto · Hec genuit viro
ſuo amrã filios aaron et moyſen: et mariã
ſororem eorum · De aron orti ſunt nadab
et abiu et eleazar et ythamar; quorum na
dab et abiu mortui ſunt · cũ obtuliſſent ig
nem alienum corã dño · Fuerũtq; omnes q̃
numerati ſũt vigintitria milia generis maſ
culini ab vno menſe et ſupᷓ: qui non ſunt re
cenſiti inter filios iſrl': nec eis cũ ceteris da
ta poſſeſſio eſt · Hic eſt numerꝰ filiorũ iſrl' ·
qui deſcripti ſunt a moyſe et eleazaro ſacer
dote in campeſtribus moab ſupra iordanẽ
cõtra iericho: inter quos nullus fuit eorũ
qui ante numerati ſũt a moyſe et aaron in
deſerto ſynai · Predixerat eñ dñs ꝙ oĩes
morerẽtur in ſolitudine · Nullusq; remãſit
ex eis: niſi chaleb filius iephone · et ioſue fili
us nun ·

CA · XXVII ·

Acceſſerunt aũt filie ſalphaad · filij
epher · filij galaad · filij machir · filij
manaſſe · qui fuit filius ioſeph · qua
rum ſũt noĩa · maala · et noa · et egla · et mel
cha · et therſa: ſteterũtq; coram moyſe et e
leazaro ſacerdote et cũctis principib; ꝑpłi
ad oſtiũ tabernaculi federis · atq; dixerunt
Pater noſter mortuus eſt in deſerto; nec
fuit in ſeditõe que cõcitata eſt cõtᷓ dñm
ſub chore; ſ; in pc̃to ſuo mortuus eſt · Hic
non habuit mares filios · Cur tollitur no-
men illius de familia ſua: quia non habet fi
lium · Date nob̃ poſſeſſionẽ inter ꝯgnatos
patris noſtri · Retulitq; moyſes cauſam
earum ad iudicium dñi · Qui dixit ad eum
Juſtam rem poſtulant filie ſalphaad · Da
eis poſſeſſionem inter ꝯgnatos patris ſui;
et ei in hereditatez ſuccedãt · Ad filios aũt
iſrl' loq̃ris hᷓ · Homo cũ mortuꝰ fuerit abſq;
filio · ad filiã eius trãſibit hereditas: ſi filiaz
non habuerit: habebit ſucceſſores fratres
ſuos · Qđ ſi et fratres nõ habuerit: dabitis
hereditatẽ fratrib; patri eius · Sin aũt nec
patruos habuerit: dabitᷣ hereditas hijs q̃
ei ꝓximi ſũt · Eritq; hᷓ filijs iſrl' ſac̃tũ lege
ꝑpetua: ſicᷓ p̃cepit dñs moyſi · Dixitq; dñs
ad moyſẽ · Aſcende in mõtẽ iſtũ abarim: et
ꝯtẽplare inde trã ꝙ daturꝰ ſũ filijs iſrl' · Cũ
q; videris eã · ibis et tu ad ꝑplm tuũ ſicut iuit
frater tuꝰ aaron: q2 offendiſtis me in deſer
to ſin in ꝯtradic̃tõne multitudinis; nec ſan
c̃tificare me voluiſtis corã ea ſup aq̃s · Hec
ſunt aq̃ ꝯtradic̃tõnis i cades deſerti ſin · Cui
reſpondit moyſes · Prouideat dñs deꝰ ſpi
rituũ oĩs carnis hominem qui ſit ſup mł
titudinẽ hãc: et poſſit exire et intrare ante eos
et educere eos vel introducere: ne ſit ꝑplus
dñi ſicut oues abſq; paſtore · Dixitq; dñs
ad eũ · Tolle ioſue filium nun virum in quo
eſt ſpũs dei: et pone manũ tuã ſup eũ · Qui
ſtabit corã eleazaro ſacerdote et oĩ mul-
titudine: et dabis ei p̃cepta cũctis videnti-
bus · et ptem glorie tue: vt audiat eũ oĩs
ſynagoga filiorum iſrl' · Pro hoc ſi quid a-
gendũ erit · eleazar ſacerdos ꝯſulet dñm
Ad verbũ eius egredietur et ingredietur
ipe et oẽs filij iſrl' cum eo: et cetera mul-
titudo · Fecit moyſes vt p̃cepat dñs · Cũq;
tuliſſet ioſue · ſtatuit eum coram eleazaro
ſacerdote et oĩ frequẽtia ꝑpli; et impoſitis
capiti eius manibus · cũc̃ta replicauit que
mandauerat dominus ·

CA · XXVIII ·

Dixit q̃z dñs ad moyſen · Precipe fi
lijs iſrl' · et dices ad eos · Oblatõez
meam et panes · et incẽſum odoris ſuauiſſi
mi offerte ꝑ tempora ſua · Hec ſunt ſacrifi-
cia que offerre debetis · Agnos ãniculos im
maculatos duos quotidie in olocauſtũ ſem
piternum vnũ offeretis mane · et alterũ ad
veſperum: decimã ptem ephi ſimile · que cõ
ſperſa ſit oleo puriſſimo · et habeat quartã
ptem hin · Olocauſtũ iuge ẽ qđ obtuliſtis
in monte ſynai in odorem ſuauiſſimum incẽ
ſi dñi · Et libabitis vini quartam ptem hin
ꝑ agnos ſingulos in ſanctuario dñi: alterũ
q; agnum ſimiliter offeretis ad veſperam
iuxta oẽm ritũ ſacrificij matutini et liba
mentorũ eius oblatõnem ſuauiſſimi odo-
ris dño · Die autez ſabbati offeretis duos
agnos ãniculos immaculatos · et duas de-
cimas ſimile oleo cõſperſe in ſacrificio; et
liba que rite funduntur ꝑ ſingula ſabbata
in olocauſtuo ſempiterno · In calẽdis aũt
id eſt i mẽſiũ ex ordijs offeretis olocauſtũ
dño · vitulos de armẽto duos · arietẽ vnũ ·
agnos ãniculos ſeptem immaculatos; et
tres decimas ſimile oleo cõſperſe in ſacrafi
cio ꝑ ſingulos vitulos: et duas decimas ſi-
mile oleo conſperſe ꝑ ſingulos arietes; et
decimam decime ſimile ex oleo in ſacrificio

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

p agnos ſingulos · Olocauſtum ſuauiſſimi
odoris atq̧ incenſi eſt dño · Libamēta autē
vini q̄ p ſingulas fundenda ſunt victimas ·
iſta erūt · Media pars hin p ſingulos vitu
los: tercia p arietē: quarta p agnum · Hoc
erit olocauſtum p om̄es mēſes: q̄ ſibi anno
vtēte ſuccedunt · Hircus q̄ꝫ offertur domi
no p peccatis in olocauſtū ſempiternū cum
libamētis ſuis · Menſe aūt p̄mo · q̄rtadeci=
ma die mēſis phaſe domini erit: et q̄ntade=
cima die ſolemnitas · Septē diebꝫ veſcent̄
azimis: q̄rū dies p̄ma venerabiľ ⁊ ſācta erit
Omne op⁹ ſuile nō facietis in ea · Offere=
tiſq̧ in incēſuꝫ olocauſtū dño vitulos de ar
mēto duos · arietē vnū agnos āniculos im
maculatos ſeptē: et ſacrificia ſingulorꝫ ex
ſimila que ɔſperſa ſit oleo: tres decimas per
ſingulos vitulos · et duas decimas p arie=
tē · et decimā decime p agnos ſingulos · id ē
p ſeptē agnos: et hircū p peccato vnū vt
expietur p vobis: preť olocauſtuꝫ matuti
nū qđ ſp offeretis: ita facietis p ſingľos di
es ſeptē dierꝫ · i fomitē ignis et i odorē ſua
uiſſimū dño: q̄ ſurget de olocauſto et đ liba
tōibꝫ ſingľorꝫ · Dies q̄ꝫ ſeptim⁹ celebrim⁹
et ſanctus erit vobis · Omne opus ſeruile
non facietis in eo · Dies etiam p̄mitiuorum
quando offeretis nouas fruges dño exple
tis ebdomadibus: venerabilis et ſancta erit
Omne opus ſeruile nō facietis in ea · Offe
retiſq̧ olocauſtum in odorem ſuauiſſimum
domino · vitulos de armento duos · arieteꝫ
vnū agnos anniculos immaculatos ſeptē:
atq̧ in ſacrificijs eorꝫ ſimile oleo conſperſe
tres decimas p ſingulos vitulos · p arietes
duas · p agnos decimā decime qui ſimľ ſūt
agni ſeptem: hircū quoq̧ qui mactať p ex
piatione · preter olocauſtū ſempiternū ⁊ li=
ba eius · Immaculata offeretis om̄ia cū li
bationibꝫ ſuis

## CA · XXXI

Enſis etiam ſeptimi prima dies
venrabilis ⁊ ſancta erit vobˀ · Om
ne op⁹ ſeruile nō facietis in ea ·
quia dies clangoris eſt et tuba=
rum · Offeretis q̧ olocauſtum in odorem
ſuauiſſimum domino · vitulum de armento
vnum et arietem vnū · et agnos anniculos
immaculatos ſepteꝫ: et in ſacrificijs eoruꝫ
ſimile oleo conſperſe tres decimas p ſingu
los vitulos · duas decimas p arietem vnā
decimā p agnum qui ſimul ſūt agni ſeptē:
et hircū p peccato qui offertur in expiati=
onem populi p̄ter olocauſtum kalendaruꝫ
cū ſacrificijs ſuis · et olocauſtum ſempit̄nuꝫ
cum libationibꝫ ſolitis · Hijſdeꝫ cerimonijs
offeretis in odorem ſuauiſſimū incenſū do
mino · Decima q̄ꝫ dies menſ hui⁹ ſeptimi
erit vobis ſancta atq̧ venerabilis: ⁊ afflige
tis animas veſtras · Omne opus ſeruile nō
facietis in ea · offeretis q̧ olocauſtum do=
mino in odorem ſuauiſſimū · vitulū de armē
to vnum · arietem vnū · agnos anniculos i=
maculatos ſeptem: et in ſacrificijs eoruꝫ ſi
mile oleo conſperſe tres decimas p ſingu=
los vitulos · duas decimas p arietem · deci=
mam decime p agnos ſingulos qui ſūt ſimľ
ſeptem agni · et hircū p peccato: abſq̧ his
que offerri p delicto ſolent in expiatiouem
et in olocauſtū ſempit̄num in ſacrifitio ⁊ li=
baminibꝫ eorꝫ · Quintadecima vero die mē=
ſis ſeptimi que vobis ſancta erit atq̧ vene=
rabiľ: om̄e op⁹ ſuile ñ facietis i ea: ſed cele
brabitis ſolemnitatē domino ſeptē diebus
Offeretis q̧ olocauſtū in odorē ſuauiſſimū
domio vitulos de armēto tredecim · arietes
duos · agnos anniculos immaculatos qua=
tuordecim: ⁊ in libamētis eoruꝫ · ſimile oleo
conſperſe · tres decimas per vitulos ſingu
los qui ſūt ſimul vituli tredecim · et duas de
cimas arieti vno · id eſt ſimul arietibꝫ duo=
bus et decimā decime agnis ſingulis q̄ ſūt
ſimul agni quatuordecim: et hircū p pecca
to abſq̧ olocauſto ſempiterno · et ſacrificio
et libamine ei⁹ · In die altero offeres vitu=
los đ armēto duodeci · arietes duos · agnos
anniculos immaculatos quatuordeci: ſacri
ficiaq̧ et libamina ſinguloruꝫ p vitulos et
arietes et agnos rite celebrabis: et hircuꝫ
p peccato abſq̧ olocauſto ſempiterno ſacri
ficiaq̧ eius et libamine · Die tercio offeres
vitulos vndecim · arietes duos · agnos anni
culos imacľatos quatuordecim: ſacrificia
q̧ et libamina ſingulorꝫ p vitulos et arie=
tes et agnos rite celebrabis: et hircuꝫ pro
peccato abſq̧ olocauſto ſempiterno · ſacri=
ficioq̧ et libamine eius · Die quarto offe
res vitulos decem · arietes duos · agnos an
niculos imaculatos quatuordecim: ſacrifi=
ciaq̧ ⁊ libamina ſingulorꝫ p vitulos et ari
etes et agnos rite celebrabis: et hircū pro

ꝑcato abſq; olocauſto ſempit̃no ſacrificio q; eius et libamine. Die quinto offeres vitulos nouem. arietes duos. agnos anniculos imaculatos q̃tuordecim: ſacrificia q; et libamina ſingulorum ꝑ vitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircū ꝓ peccato abſq; olocauſto ſẽpiterno ſacrificioq; eiꝰ ⁊ libamine. Die ſexto offeres vitulos octo. arietes duos. agnos ãniculos imaculatos q̃tuordecim: ſacrificiaq; et libamina ſingulorum vitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircum ꝓ peccato abſq; olocauſto ſempit̃no ſacrificioq; eius et libamine Die ſeptio offeres vitulos ſeptẽ et arietes duos agnos ãniculos immaculatos q̃tuordecim: ſacrificiaq; et libamina ſingulorum ꝑ vitulos et arietes et agnos rite celebrabis: et hircū pro peccato abſq; olocauſto ſempit̃no ſacrificioq; eius et libamine. Die octauo qui eſt celeberrimus: omne opus ſeruile nō facietis offerentes olocauſtū i odorem ſuauiſſimū domino vitulum vnū arietẽ vnum. agnos ãniculos immaculatos ſeptẽ: ſacrificiaq; et libamina ſingulorum ꝑ vitulos et arietes et agnos rite celebrabis. et hircum pro peccato abſq; olocauſto ſempit̃no ſacrificioq; eius et libamine. Hec offeretis domino in ſolẽnitatibus veſtris: p̃ter vota ⁊ oblationes ſpontaneas in olocauſto. in ſacrificio in libamine et in hoſtiis pacificis

CA. XXX

Narrauitq; moyſes filiis iſrl̃ omnia que ei dominus imperarat: et locutꝰ eſt ad principes tribuū filiorum iſrahel. Iſte eſt ſermo quem p̃cepit dominꝰ. Si q̃s virorū votum domino vouerit. aut ſe cõſtrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum ſuū: ſed omne quod ꝓmiſit implebit. Mulier ſi quippiã vouerit et ſe conſtrinxerit iuramẽto que eſt in domo patris ſui. et in etate adhuc puellari: ſi cognouerit pater votū quod pollicita eſt. et iuramẽtum quo obligauit animã ſuam et tacuerit: voti rea erit. Quidquid pollicita eſt et iurauit. opere complebit. Sin autem ſtatim vt audierit cõtradixerit pater: et vota et iuramẽta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebit̃ ſpõſioni eo q; cõtraxerit pater. Si maritū habuerit et vouerit aliquid et ſemel de ore eiꝰ verbū egrediens. animã eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir et non contradixerit. voti rea erit: reddetq; q̃dcūq; ꝓmiſerat. Sin autẽ audiens ſtatim contradixerit et irritas fecerit pollicitationes eius. verbaq; quibus obſtrinxerat animã ſuam: ꝓpiciꝰ ei erit dominꝰ. Vidua et repudiata quicq̃d vouerit reddent. Vxor in domo viri cū ſe voto conſtrinxerit et iuramento: ſi audierit vir et tacuerit nec cõtradixerit ſponſioni: reddet quodcūq; ꝓmiſerat. Sin aūt extemplo contradixerit ⁊ non tenebitur ꝓmiſſionis rea quia maritus contradixit: et dominꝰ ei ꝓpiciꝰ erit. Si vouerit et iuramẽto ſe conſtrinxerit vt ꝑ ieiunium vel ceterarum rerum abſtinẽtiam affligat animã ſuam: in arbitrio viri erit ſi faciat ſiue non faciat. Quod ſi audiens vir tacuerit ⁊ in alteram diem diſtulerit ſentẽtiam: quicq̃d vouerat atq; ꝓmiſerat reddet: quia ſtatim vt audiuit tacuit. Sin aūt contradixerit poſtq̃ reſciuit: portabit ipſe iniquitatem eius. Iſte ſunt leges quas conſtituit dominꝰ moyſi inter virum et vxorem: inter patrem et filiam que in puellari adhuc etate eſt: vel que manet in parentis domo

CA. .XXXI.

Locutuſq; eſt dominꝰ ad moyſẽ dicens. Vlciſcere prius filios iſrahel de madianitis: et ſic colligeris ad populum tuum. Statimq; Moyſes armate inquit ex vobis viros ad pugnam: qui poſſint vltionem dn̄i expetere de madianitis. Mille viri de ſingulis tribubus eligantur ex iſrahel: qui mittant̃ ad bellum. dederuntq; millenos de ſingulis tribubus id eſt duodecim milia expeditorum ad pugnam: quos miſit moyſes cum phinees filio eleazari ſacerdotis: vaſaq; ſancta et tubas ad clangendum tradidit ei. Cumq; pugnaſſent contra madianitas atq; viciſſent. om̄es mares occiderūt et reges eorum eui et recem. et ſur. et vr. ⁊ rebe quinq; principes gentis. balaam q̃q; filium beor interfecerunt gladio: ceperuntq; mulieres eorum ⁊ paruulos omniaq; pecora et cunctam ſuppellectilem. Quidquid potuerant depopulati ſunt: tam vrbes quã viculos. et caſtella flãma conſūpſit. Et tulerunt predam et vniuerſa que ceperant tã ex hominibꝰ q̃ ex iumentis: et cõduxerūt ad moyſen eleazarum ſacerdotem et ad om̄em multitudinem filiorum iſrahel. Reliqua aūt

vtenſilia portauerunt ad caſtra in cāpeſtri
bus moab: iuxta iordanē contra iericho
Egreſſi ſunt aūt moyſes et eleazar ſacdos
et omnes principes ſynagoge in occurſum
eoꝝ extra caſtra. Iratuſqꝫ moyſes prin-
cipibꝫ exercitus tribunis et centurionibus
qui venerant de bello ait. Cur femias reſer
uaſtis? Nōne iſte ſūt q̄ deceperūt filios iſra
hel ad ſuggeſtionez balaaz. et p̄uaricari fe
cerunt vos in domino ſup peccato phogor.
vnde et percuſſus eſt populus? Ergo cūctas
interficite. Quidqd eſt generis maſculini
etiā in paruulis: et mulieres que nouerunt
viros in coitu iugulate: puellas aūt ⁊ oms
femias virgines reſeruate vobis: et mane-
te extra caſtra ſeptem diebus. Qui occide
rit hominē. vel occiſum tetigerit: luſtrabit
die tercio et ſeptimo. Et de omni p̄da ſiue
veſtimentū fuerit ſiue vas et aliqd in vten
ſilia preparatum de caprarū pellibus et pilis
⁊ ligno expiabitur. Eleazar qꝫ ſacerdos ad
viros exercitus q̄ pugnauerant ſic locutꝰ
eſt. Hoc p̄ceptum legis: quod mādauit de
us moyſi. Aurū ⁊ argentū et es et ferrū et
plumbū ⁊ ſtannū et omne quod poteſt tran
ſire p flammas. igne purgabitur: quidqd
aūt ignem non poteſt ſuſtinere. aqua expia
tionis ſanctificabit: et lauabitis veſtimēta
veſtra die ſeptio. et purificati poſtea caſtra
intrabitis. Dixit qꝫ dominus ad Moyſen.
Tollite ſūmam eorū que capta ſunt ab ho
mine vſqꝫ ad pecus tu et eleazar ſacerdos.
⁊ principes vulgi: diuideſqꝫ ex equo p̄dam
inter eos qui pugnauerūt et egreſſi ſūt ad
bellum et inter omem reliquā mltitudinez:
et ſepabis ptem domino ab his qui pugna
uerūt et fuerūt in bello vnā animā de q̄ngē
tis tam ex hominibꝫ q̄ ex bobꝫ et aſinis ⁊ oui
bus: et dabis eam eleazaro ſacerdoti: quia
primicie domini ſūt. Ex media qꝫ pte filioꝝ
iſrahel accipies q̄nquageſimū caput homi-
nū et boum et aſinoꝝ et ouiū cunctorumqꝫ
animātiū: et dabis ea leuitis qui excubant
in cuſtodijs tabernaculi dñi. Fecerūtqꝫ mo
yſes et eleazar ſicut p̄ceperat dominꝰ. Fuit
autem p̄da quam exercitꝰ ceperat. ouium
ſexcenta ſeptuagita q̄nqꝫ milia: boum ſep-
tuagintaduo miliā. aſinoꝝ ſexagita milia
et mille: anime hominū ſexus feminei q̄ non
cognouerāt viros trigintaduo milia. Da
taqꝫ eſt media ps his qui i p̄lio fuerāt. oui-
um tricenta tregintaſeptez milia quingen
te. e quibus in ptem domini ſupputate ſunt
oues ſexcente ſeptuaginta quinqꝫ. et de bo-
bus trigita ſex milibꝫ boues ſeptuaginta ⁊
duo: de aſinis triginta milibꝫ quigentis. aſi
ni ſexagintavnꝰ. De animabꝫ hominū ſe-
decim milibꝫ. ceſſerūt in ptem domini trigi-
tadue anime. Tradiditqꝫ moyſes numꝝ p̄
miciaꝝ dñi eleazaro ſacerdoti ſicuti fuerat
ei imperatum ex media parte filioꝝ iſra-
hel: quā ſeparauerat his q̄ in p̄lio fuerant
De media vero pte que cōtigerat reliqꝫ
multitudini id eſt de ouibꝫ tricētis trigita
ſeptē milibꝫ q̄ngentis. et de bobus triginta
ſex milibꝫ. et de aſinis triginta milibꝫ quin-
gētis. et de hoibꝫ ſedecim milibꝫ. et tulit mo
yſes q̄nquageſimuz caput: et dedit leuitis
excubabant in tabnaculo dñi: ſic p̄cepat do
minꝰ. Cūqꝫ acceſſiſſent principes exercitꝰ
ad moyſen et tribuni centuriōeſqꝫ dixerūt
Nos ſerui tui recēſuimꝰ numeꝝ pugnato
rum quos habuimꝰ ſub manu noſtra: et ne
vnꝰ qdem defuit. Ob hanc cauſam offerīꝰ
in donarijs domi ſinguli quod in p̄da auri po
tuimꝰ inuenire periſcelides et armillas anu
los et dextralia et murenulas: vt dep̄ceris
pro nobis dominū. Suſceperuntqꝫ moyſes
et eleazar ſacerdos omne auꝝ in diuerſ ſpe
ciebꝫ pondo ſedecim milia ſeptingētos quin
quaginta ſiclos: a tribunis et centurioibꝫ
Vnuſquiſqꝫ eñ quod in p̄da rapuerat ſuum
erat. Et ſuſceptum intulerūt in tabnaculū
teſtimonij: in monimētum filioꝝ iſrahel co-
ram domino

## CA. XXXII.

Filij autem ruben et gad habebāt
pecora multa: et erat illis in iumen
tis infinita ſubſtātia. Cūqꝫ vidiſſet
Iaſer et Galaad aptas animalibꝫ alendis
tras: venerūt ad moyſen et ad eleazarū ſa-
cerdotem. ⁊ p̄ncipes multitudinis: atqꝫ dix
erunt. Aſtaroth et Dibon et Iazer et nem
ra eſebon et eleale et ſaban et nebo et beon
tra quā pcuſſit domiꝰ in oſpectu filioꝝ iſrl.
regionis vberime eſt ad paſtū animaliuz: et
nos ſerui tui habemꝰ iumēta plurima: p̄ca
murqꝫ ſi inuenimꝰ gratiam corā te. vt des
nobis famulis tuis eā in poſſeſſionez nec fa
cias nos trāſire iordanen. qbus reſpondit



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

moyſes· Nunquid fratres vr̃i ibunt ad pu-
gnã: et vos hic ſedebitis? Cur ſubuertitis
mentes filioꝝ iſrahel· ne tranſire audeãt in
locũ quem eis datur9 eſt dominus? Nonne
ita egerũt patres veſtri· qñ miſi de cadeſbar
ne ad explorandã t̃ram? Cumq; veniſſẽt vſ
q; ad vallam botri luſtrata omni regione
ſubuerterunt coꝛ filioꝝ iſrahel vt nõ intra
rent fines quos eis domin9 dedit: qui irat9
iurauit dicens. Si videbũt homies qui aſcẽ
derunt ex egipto a viginti ãnis et ſup̃ t̃raz
quam ſubiuramẽto pollicitus ſum abrahaz
yſaac ⁊ iacob: et noluerũt ſequi me p̃ter ca
leph filiũ iephone cenezeum et ioſue filium
nun. Iſti impleuerũt voluntatez meã. Ira
tuſq; domin9 aduerſuz iſrahel circumduxit
eum p deſertũ quadraginta ãnis: donec cõ
ſumeret̃ vniuerſa generatio q̃ fecerat ma-
lum in ↄſpectu eius. Et ecce inquit vos ſur-
rexiſtis p patrib9 veſtris incremẽta et alũ
ni hominũ peccatoꝝ: vt augeretis furorez
dñi contra iſrahel. Quod ſi nolueris ſeq̃ eũ
in ſolitudie ppłm derelinq̃t: ⁊ vos cauſa eri-
tis necis omniũ. At illi ꝓpe accedentes dix
erunt. Caulas oviũ fabricabimus et ſtabula
iumentoꝛũ· puuliſq; q̃ꝫ noſtris vrbes muni
tas: nos aũt ipi armati et accincti pgem9 ad
plium ante filios iſrahel: donec introduca-
m9 eos ad loca ſua. Paruuli nr̃i et quidq̃d
habere poſſum9 erunt in vrbibus muratis
ꝓpter habitatoꝝ inſidias. Non reũtemur
in domos noſtras vſq; dũ poſſideãt filij iſra
hel hereditatem ſuam: nec quicq̃ querim9
trans iordanẽ· quia iaz habem9 poſſeſſionẽ
nr̃am in orientali eius plaga. Quibus moy
ſes ait. Si facitis quod ꝓmittitis expediti
pgite coꝛam domino ad pugnam· et omnis
vir bellatoꝛ armatus iordanẽ tranſeat· do-
nec ſubuertet dñs inimicos ſuos· et ſubicia
tur ei omĩs t̃ra: tunc eritis iculpabiles apd
deum et apud iſrahel: et obtinebitis regio-
nes q̃s vultis coꝛam domino. Sin aũt quod
dicitis nõ feceritis: nulli dubiũ eſt quin pec
cetis in deũ: et ſcitote quoniã peccatum ve
ſtrum apprehendet vos. Edificate ergo vr-
bes puulis veſtris et caulas et ſtabula oui-
bus et iumẽtis: et quod polliciti eſtis imple
te. Dixerũtq; filij gad et ruben ad moyſen
Serui tui ſum9 Faciemus quod iubet dñs
noſter. Paruulos nr̃os et mulieres et peco
ra ac iumẽta relinquem9 i vrbibus galaad:
nos aũt famuli tui omñes expediti pgemus
ad bellũ ſic̃ tu domine loqueris. Precepit ĝ
moyſes eleazaro ſacerdoti et ioſue filio nũ
et principib9 familiaꝝ tribus iſrahel: et di
xit ad eos. Si tranſierint filij gad· et filij ru
ben vobiſcũ iordanen omñes armati ad bel-
lum coꝛam dño et vobis fuerit t̃ra ſubiecta·
date eis galaad in poſſeſſionẽ. Sin aũt no-
luerint tranſire vobiſcuz in t̃ram chanaan:
inter vos habitãdi accipiant loca. Reſpon-
derũtq; filij gad ⁊ filij ruben. Sicut locut9
eſt dñs ſeruis ſuis ita faciemus. Ipi arma
ti pgemus coꝛam domino in t̃ram chanaan
et poſſeſſionẽ iã ſuſcepiſſe nos confitemur
trans ioꝛdanen. Dedit itaq; moyſes filijs
gad et ruben et dimidie tribui manaſſe filij
ioſeph regnũ ſeon regis amoꝛrei et regnũ
og regis baſan: et t̃ram eoꝝ cum vrbibus
ſuis p circuitũ. Igitur extruxerũt filij gad
dibon et aſtaroth et aroer et roth ⁊ ſophã
et iazer iechaa ⁊ bethnẽra ⁊ betharã vrbes
munitas: et caulas pecoꝛibus ſuis. Filij ve
ro ruben edificauerũt ezebon et eleale ⁊ ca
riathaim et nabo et baalmeon verſis noib9:
ſabama q̃ꝫ: imponẽtes vocabula vrbib9 q̃s
extruxerãt. Poꝛro filij machir filij manaſſe
prexerũt in galaad: et vaſtauerunt eam in
terfecto amoꝛreo habitatoꝛe ei9. Dedit ĝ
moyſes t̃raz galaad machir filio manaſſe:
qui habitauit in ea. Iair aũt fili9 manaſſe·
abijt et occupauit vicos eius: quos appella
uit anothiair id eſt villas iair. Nobe q̃ꝫ per
rexit et apprehẽdit canath cum viculis ſu-
is: vocauitq; eam ex nomine ſuo nobe.

## CA. XXXIII

Hec ſunt manſiones filioꝝ iſrahel q̃
egreſſi ſunt de egipto p turmas ſu
as in manu moyſi et aaron: quas de
ſcripſit moyſes iuxta caſtrum loca que dñi
iuſſione mutabant. Profecti igiť de rameſ
ſe mẽſe p̃mo q̃ntadecima die mẽſis p̃mi: fe
cerunt altera die phaſe filij iſrahel in manu
excelſa videntib9 cunctis egiptijs: et ſepeliẽ
tib9 p̃mogenitos quos pcuſſerat dominus.
Nam ⁊ in dijs eoꝝ exercuerat vltionẽ. Ca
ſtrametati ſũt in ſoccoth: de ſoccoth vene
runt in etham que eſt in extremis finib9 ſo
litudinis. Inde egreſſi venerunt ↄtra phiai
roth q̃ reſpicit beelſephon: et caſtrametati

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſunt añ magdalũ Profectiqꝫ de phiairoch
tranſierũt ꝑ medium mare in ſolitudinem:
⁊ ambulantes tribus diebꝫ ꝑ deſertũ ethā
caſtrametati ſũt in mara· Profectiqꝫ d̄ ma
ra venerunt in helim vbi erant duodeci fon
tes aquaꝝ et palme ſeptuaginta: ibiqꝫ ca-
ſtrametati ſunt· Sꝫ et inde egreſſi: fixerũt
tentoria ſup mare rubrũ· Profectiqꝫ d̄ ma
ri rubro caſtrametati ſũt in deſerto ſynai:
vnd̄ egreſſi venerũt in deptha· Profectiqꝫ
de deptha caſtrametati ſunt in hal9· egreſ
ſiqꝫ de halus· raphidi fixere tentoria· vbi
populo defuit aqua ad bibendũ· Profectiqꝫ
de raphidim: caſtrametati ſunt in deſerto
ſynai· Sed et de ſolitudine ſynai egreſſi· ve
nerũt ad ſepulcra concupiſcentie: ꝓfectiqꝫ
de ſepulcris ↄcupiſcentie caſtrametati ſunt
in aſſeroth: ⁊ de aſſeroth venerũt i rethma
Profectiqꝫ de rethma caſtrametati ſunt i
remonphares: vn de egreſſi venerũt in leb-
na· De lebna caſtrametati ſunt in reſſa: e-
greſſiqꝫ de reſſa venerũt in ceelatha· Vnde
ꝓfecti caſtrametati ſunt in monte ſepher:
egreſſi de monte ſepher venerunt in arada
Inde ꝓficiſcẽtes caſtrametati ſunt in ma-
celoth: ꝓfectiqꝫ de maceloth: venerũt in ta
ath· De taath caſtrametati in thare: vnd̄
egreſſi fixere tentoria in metcha· et de met
cha caſtrametati ſunt in eſmona: ꝓfectiqꝫ
de eſmona venerũt in moſeroth· Et de mo-
ſeroth caſtrametati ſunt in baneiachan: ꝓ
fectiqꝫ de baneiachan venerũt i mõte gad-
gad Vnde ꝓfecti caſtrametati ſũt in iethe
batha: et de iethabatha venerũt in ebrona
Egreſſiqꝫ de ebrona caſtrametati ſunt i aſi
ongaber: inde ꝓfecti venerũt in deſertũ ſyn
Hec ē cades· Egreſſiqꝫ de cades caſtrame-
tati ſunt in monte or: in extremis finibꝫ ter
re edom· Aſcenditqꝫ aaron ſacerdos in mõ
tem or iubente domino: et ibi mortu9 eſt ā
no q̄dragesimo egreſſiōis filioꝝ iſrahel ex
egipto mẽſe q̇nto ṗmo die menſis cũ eſſꝫ an
norũ cẽtumuiginti triũ· Audiuitqꝫ chana
neus rex arad q̇ habitabat ad meridieꝫ: in
terram chanaan veniſſe filios iſrahel· Et ꝓ
fecti de monte or caſtrametati ſũt in ſalmo
na: vnde egreſſi venerũt in phinon· Profe-
ctiqꝫ de phinon caſtrametati ſunt i eboth:
et de eboth venerunt in ieabarim que eſt
in finibus moabitarum· Profectiqꝫ de iea-
barim fixere tentoria in dibongad· Vnde
egreſſi caſtrametati ſunt in elmon debla-
thaim· Egreſſiqꝫ de elmõ deblathaim vene
runt ad mõtes abarim ↄtra nabo: ꝓfectiqꝫ
de mõtibus abarim tranſierũt ad cāpeſtria
moab ſuper iordanē ↄtra iericho· Ibiqꝫ ca
ſtrametati ſunt de bethſimon vſqꝫ ad belſa-
thim in planioribꝫ locis moabitaruꝫ: vbi lo
cutus eſt dñs ad moyſen· Precipe filijs iſrl̄
et dices ad eos· Quãdo tranſieritis iorda-
nē intrãtes terram chanaan· diſꝑdite cun
ctos habitatores terre illi9: cõfringite ti
tulos et ſtatuas ↄminuite atqꝫ omnia excel
ſa vaſtate: mũdantes terram et habitatio-
nes in ea· Ego eñ dedi vobis illam in poſſeſ
ſionem: quam diuidetis vobis ſorte· Pluri-
bus dabitis latiorē: et paucioribus anguſtio
rem· Singulis vt ſors ceciderit: ita tribuet̄
hereditas· Per tribꝫ et familias poſſeſſio di
uidetur· Si autē nolueritis interficere ha-
bitatores terre: q̇ remāſerit· erunt vobis q̄
ſi claui in oculis et lancee in lateribꝫ et ad
uerſabunt̄ vobis in terram habitationis ve
ſtre: et quidquid illis cogitaueram facere vo
bis faciam

CA· XXXIIII·

Locutuſqꝫ eſt domin9 ad moyſen di
cens· P̄cipe filijs iſrahel: et dices ad
eos Cum ingreſſi fueritis terram
chanaā et in poſſeſſioneꝫ vobis ſorte cecide-
rit: his finibꝫ t̄minabit̄· Pars meridiana
incipiet a ſolitudine ſyn que ē iuxta edom:
et habebit t̄minos ↄtra orientem mare ſal-
ſiſſimũ: qui circuibunt auſtralem plagaꝫ ꝑ
aſcenſum ſcorpionis· ita vt trāſeant in ſen-
na et ꝑueniant ad meridiem vſqꝫ ad cades-
barne: vnde egredient̄ ↄfinia ad villam no-
mine adar· et tendẽt vſqꝫ ad aſemõa Ibit
qꝫ ꝑ gyruꝫ t̄minus ab aſemona vſqꝫ ad tor
rentem egipti: et magni maris litore finie
tur· Plaga autē occidentalis a mari magno
incipiet: ⁊ ipſo fine claudetur Porro ad ſep
tentrionalem plagam a mari magno t̄mini
incipient ꝑuenientes vſqꝫ ad montem altiſ
ſimũ: a quo venient in emath vſqꝫ ad t̄minos
ſedada: ibũtqꝫ confinia vſqꝫ ad ebrona et
villam henan· Hij erũt t̄mini in ꝑte aquilo-
nis· Inde metabunt̄ fines ↄtra orientalem
plagam de villa henan vſqꝫ ſephama: et de
ſephama deſcendent t̄mini in reblata cõtra

fontem daphnim Inde puenient ꝯtra oriē
tē ad mare cenereth ⁊ tēdent vſqꝫ iordanē:
et ad vltimū ſalſiſſimo claudent̄ mari· Hāc
habebitis terrā p fines ſuos i circuitu Pre
cepitqꝫ moyſes filijs iſrahel dicēs· Hec erit
terra quā poſſidebitis ſorte: et quā iuſſit do
minꝰ dari nouem tribubꝰ et dimidie tribui
Tribꝰ enī filiorum ruben p familias ſuas· ⁊
tribus filioꝝ gad iuxta ꝯgnationuꝫ nume
rum· media qꝫ tribꝰ manaſſe id eſt due ſe
mis tribꝰ acceperunt ptem ſuam trans ior
danē ꝯtra iherichō ad orientalem plagam·
Et ait dominꝰ ad moyſen· Hec ſunt nomia
viroꝝ qui terrā diuident vobis· Eleazar ſa
cerdos et ioſue filius nun: et ſinguli princi
pes de tribubꝰ ſingulis quoꝝ iſta ſūt voca
bula De tribn iuda: caleph filiꝰ iephone·
De tribu ſymeon: ſamuel filius amiud· De
tribu beniamin: helidad· filius chaſelō· De
tribu filioꝝ dan: bocci filius iogli· Filiorū
ioſeph de tribu manaſſe: hanniel filius e
phot· de tribu ephraim: camuhel filius ſep
than· De tribu zabulon: helizaphan filius
pharnath· De tribu yſachar: dux phalthi
hel filius ozan· De tribu aſer: abiud filiꝰ ſa
lomi· De tribu neptalim: phedahel· filius ā
miud· Hi ſunt quibꝰ p̄ceperat dominꝰ vt di
uiderent filijs iſrahel terram chanaan

CA· XXXV·

Ec qꝫ locutus eſt dn̄s ad moyſē in
campeſtribꝰ moab ſup̄ iordanē ꝯtra
iherichō· Precipe filijs iſrl̄ vt dēt le
uitis de poſſeſſionibꝰ ſuis vrbes ad habitan
dum et ſuburbana earum p circuitū: vt ipi
in opidis maneant· et ſuburbana ſint pecori
bus ac iumētis: que a muris ciuitatū forin
ſecus p circuitū mille paſſuū ſpacio tenden
tur· Contra orientē· duo milia erūt cubitī:
et contra meridiem ſimilit̄ erunt duo milia·
Ad mare qꝫ quod reſpicit occidentē· eadem
menſura erit: et ſeptētrionalis plaga equa
li t̄mino finiet̄· Eruntqꝫ vrbes in medio: ⁊ fo
ris ſuburbana De ipſis aūt opidis que leui
tis dabitis· ſex erūt in fugitiuoꝝ auxilia ſe
pata· vt fugiat ad ea q̄ fuderit ſāguinē: et
exceptis his alia q̄dragitaduo opida: id ē
ſimul quadragintaocto cuꝫ ſuburbanis ſu
is· Ipeqꝫ vrbes que dabunt̄ de poſſeſſionibꝰ
filioꝝ iſrahel· ab his qui plꝰ habent plures
auferent̄ et qui minus pauciores· Singuli
iuxta mēſuram hereditatis ſue dabunt opi
da leuitis Ait dominꝰ ad moyſē· Loquere
filijs iſrahel: et dices ad eos· Quādo tranſ
greſſi fueritis iordanē in t̄ram chanaan· de
cernite que vrbes eſſe debeāt in p̄ſidia fugi
tiuorū· qui nolentes ſanguineꝫ fuderint: in
quibꝰ cum fuerit ꝓfugus· cognatus occiſi
eum occidere nō poterit: donec ſtet i ꝯſpectu
multitudinis· et cauſa illius iudicetur· De
ipſis aūt vrbibus que ad fugitiuorum ſubſi
dia ſepant̄ tres erūt trans iordanē et tres
in terra chanaan· tam filijs iſrahel q̄ꝫ adue
nis atqꝫ peregrinis: vt cōfugiat ad eas· qui
nolens ſāguinē fuderit· Si quis ferro pcuſ
ſerit et mortuꝰ fuerit qui pcuſſus eſt· reus
erit homicidij: et ipſe morietur· Si lapideꝫ
iecerit et ictus occubuerit: ſimilit̄ punietur
Si ligno pcuſſus interierit: pcuſſoris ſagui
nē vindicabit̄· Propinquꝰ occiſi homicidā
interficiet: ſtatim vt apprehenderit eū pcu
tiet· Si p odiū quis hominē impulerit vel ie
cerit quippiā in eum p inſidias: aut cum eēt
inimicus manu pcuſſerit et ille mortuꝰ fue
rit: pcuſſor homicidij reus erit· Congnatus
occiſi ſtatī vt inuenerit eū iugulabit· Quod
ſi fortuitu et abſqꝫ odio et inimicicijs q̄cq̄ꝫ
horum fecerit· et hoc audiente pplo fuerit
cōpbatum· atqꝫ inter pcuſſorem et ꝓpin
quū ſanguinis queſtio ventilata: liberabit̄
innocens de vltoris manu· et reducet̄ p ſen
tentiā in vrbem ad quā ꝯfugerat: manebit
qꝫ ibi donec ſacerdos magnus q̄ oleo ſācto
vnctus eſt moriat̄· Si interfector extra fi
nes vrbiū que exulibꝰ deputate ſunt fuerit
inuentus et pcuſſus ab eo qui vltor eſt ſa
guinis: abſqꝫ noxa erit qui eum occiderit·
Debuerat enī ꝓfugus vſqꝫ ad mortem pō
tificis in vrbe reſidere· Poſtq̄ꝫ aūt ille obie
rit: homicida reuertet̄ in t̄ram ſuaꝫ· Hec ſē
piterna erūt et legitima· in cunctis habita
tionibꝰ veſtris· Homicida ſub teſtibꝰ punie
tur Ad vnī teſtimoniū nullus ꝯdemnabit̄
Non accipietis p̄cium ab eo qui reus eſt ſa
guinis: ſtatim et ipe morietur· Exules ⁊ p
fugi ante morteꝫ pontificis nullo modo in vr
bes ſuas reuerti poterūt ne polluatis terraꝫ
habitationis veſtre que inſontiū cruore ma
culatur: nec alit̄ expiari poteſt niſi p eius ſā
guinem· qui alterꝰ ſanguinem fuderit: ita
emūdabitur veſtra poſſeſſio me cōmorante